

9

PETRI ANTONII  
 ANSELMII FLORENTINI  
 IN PISANO GYMNASIO  
 IVS CIVILE PRO-  
 FITENTIS.

Commentaria in. l. Celsus. ff. de vsucapionibus.  
 In quibus vniuersa ferè materia  
 ista discutitur.

3



FLORENTIAE  
 Apud filios Laurentii Torrentini, & Carolum Pectinarium Socium. 1565.  
 CUM PRIVILEGIO.

DE BELLIS ANTONII

MICHAEL F. GENTILI

IN 2 VOLUMIBUS

1688

1688

IN VOLUMINE I. DE BELLIS ANTONII

IN QUINTO VOLUMINE DE BELLIS

ANTONII

2



FLORENTIAE

APUD IANETIUM LIBRARIUM

1688



4  
benis pulcherrimi maximiq; Heretrizæ imperii, a  
SAPIENTISSIMO DVCE COSMO pa-  
tre tuo, nuper adhuc tibi adolescenti permittis atq;  
in manu positis, tantum accesserit gloriæ, vt nulla  
vnquam vetustas sit eam nomini tuo abolitura.

Quod igitur vnum reliquum est, te oro atq; obte-  
stor, vt eadem illa humanitate, qua cætera soles, hoc  
etiam meum manusculum qualecunq; est, accipe-  
re non dedigneris: meq; ipsum tuo nomini deditif-  
simum sub tuo patrocinio defendi, & ab obtre-  
tatorum maleuolorumq; morfu protegi, & veluti  
sub ara quadam tui numinis consistere patiaris. Id  
quod si potuero impetrare, nihil erit, quod posthac  
mihi magis expetendum censeam. Vale & à

me aliquando maiora tuoq; nomine di-  
gniora, si tantum vnquam potero,  
expecta. Ex Pisana Academia  
Calendis Iuniis.

M D L X L I I I



ii A

# Eiusdem Præfatio habita in Pisana Academia.



**M**AGNA profectò atq; incredibilis maiorum  
nostrorum prudentia fuit, in hoc nostro Pisano  
gymnasio adificando: COSMI vero MEDI-  
CES Optimi Principis nostri admirabilis, &  
penè diuina exciti in eo instaurando ac demò-  
instituendo. Nam omnis laudibus huius nobi-  
lissima & antiquissima urbis, qua pulchritudi-  
ne, situ, nauigandi opportunitate agrig; fertilitate,  
& rebus omnibus ad vitam duendam neces-  
sarius, ita ornata & munita est, ut paucis admo-  
dum in vniuersa Italia reperiantur, qua cura

hac nostra merito comparari debeat: Porticus ista, in quibus disputationes quo-  
tidie habentur, congressusq; doctorum celebrantur, ita magnifica & elegantes, ita  
opportuna & huic muneri obsecundo adcomodata sunt, ut intelligant omnes, qui cito  
v. a totius Italiae gymnasia inspexerint, multum modis hisce nostris cedere inferioriq;  
existere. Quomodo verò sicut ædificia & mœnia civitatem non constituunt, sed leg-  
es atq; instituta, quemadmodum iradit Aristoteles in illis libris, quos scripsit de re  
publica: ita ornamenta hac parum fortasse prodesse videri possunt, huic nostro Aca-  
demia celebranda, eiusq; autoribus extollendis. Ideò his silentio præteritis, ad eius  
magis propria accedamus, videlicet ad decreta, & iura, qua hic seruantur, que qui-  
dem ita egregia sunt ut earum latores non minus sapientes in illis condendos quam  
magnifici & liberales in istis construendis adificandisq; videri possint.

Namq; ut primò de illis legibus loquar qua ad vniuersitatem ipsam pertinent,  
nullibi diligentius sancitum est de summo eius magistratu eligendo, quem Rectorem  
appellamus: nullibi maior dignitas auctoritas, & deniq; iurisdictio est vquam tribu-  
ta a quoquã est; qua quidem omnia ad hoc ei integra intactaq; seruantur, cum ple-  
risque in locis privilegia olim eius magistratui ceterisque concessa, magna ex parte  
sublata abolitaq; hodie sint. et enim qui legens illas eulorum de huiusmodi magistra-  
tus electione, præ oculis habentes in ea sepiissime magnas contentiones aliquando  
etiã rixas & cædes fieri, & oris solitas; ita eis occurrerunt remediumq; adhibue-  
runt, ut quoties earum præcepta inspicerentur seruenturque, semper maxima con-  
cordia, & tranquillitate omniumq; demum votis eius comitia celebrantur: qua res  
effectū ut studiosi adolescentes maximo periculo liberatis, honestissimum hoc otium  
traducere, inter arumque studis toto pectore incumbere possint, non autem inde di-  
stracti, et iurgis hostilibusq; contentionibus occupati arma potius tractare et pacem  
denique timere cogentur. Deinde animaduertentes animos adolescentium, non so-  
lum esse beneficis alliciendos: Sed etiam ab omni iniuriã & contumelia tuendos, s;

qua à civibus aliquando propter aliquam suspicionem afficerentur, quemadmodum  
 interitum maius à iuvenibus necesse est, de creuerunt magistratum illum summam  
 habere potestatem, non solum ad omnes lites & controuersias ad scholasticos adole  
 scentes pertinentes cognoscendum, verum etiam suo arbitrio & iuris ditione diri  
 mendum, & penitus decidendum. Qua ratione factum est, ut ipsi iuuenes tuis mini  
 meque aliorum iniuriis expositi, honestissime viuant, & haudquaquã alios ledant.  
 Et quod maxime admirabile est, nunquã aut per arẽ inter illos cuiusq; seditiones dis  
 cordiaq; Pisis veta reperiantur, cum tamen illud frequenissime in aliis locis concit  
 gere soleat, & magnum detrimentum cladem, & deniq; interitum literarum studij  
 afferre consuevit. Cuius quidem rei periculum, ita praeipue etiam in aliis rebus pro  
 uidentia & iustitia sapientissimi optimique principis nostri a nobis remotum propud  
 satumque est, ut vix in toto terrarum orbe aliud reperiatur domicilium in quo non  
 solum illi, qui litoris operam nauare cupiunt, verum etiam ceteri omnes iuris, &  
 equabilibus degere, resque suas peragere possint. Sed quid dicam de ordine illo ad  
 mirabilique serie scholarum atque ipsarum interpretationum quarum quidem mun  
 nera, ita digesta, & distributa sunt, ut cum in primis arduum maximeq; difficile  
 semper fuerit iuuenibus tyronibusq; methodum, & ipsam rationem progredienti, in  
 vna quaque facultate percipienda reperire; hic tamen omnes qui mediocri ingenia  
 praediti sunt diligentia tantum & horum decretorum praeceptis audientes, non solum  
 ad summum vniuersiusque scientia fastigium celeriter aspirare, verum etiam tan  
 quam per manus ducti peruenire possunt. Ut enim nunc silentio praeteream, ea qua  
 de philosophia medicorumque arte, egregie ab illis sancita sunt, & de re nostra tan  
 tum loquar, cum ipsi animaduertent corpus iuris nostri ita amplum & vastum,  
 eot taneosq; tractatus continere, ut tempus quod in scholis cõteritur vix ad vnã mi  
 nimam eius partem percipiendam sufficeret, certas quasdam tractationes ex vniuer  
 sis elegerunt, quã vno quoque quadriennio interpretibus solemniter proponerentur  
 explicanda, quarum cognitionem illi qui fuerunt affectui cetera, quae in aliis locis  
 et aduocantur in foro in iudicijsq; pertractantur, per se vnus quisque percipere & omni  
 no assequi posset. Id, quod & si in aliis plerisque gymnasijs in interpretationibus iuris  
 cumulis, quas ordinarias appellare solemus; non tamen seruatur ita, aut in Iustitiani  
 Imperatoris Institutionibus aut in iis explanationibus, in quibus nostrum versatur  
 mimus. Quod cerẽ in aliis plerisque locis minime hoc pacto reperitur institutum.  
 Illud tamen summa ratione optimoque consilio hic eos introduxisse, & hinc vberes  
 maximosque fructus studiosos capere posse manifestum est. Etenim cum verum om  
 nium disciplina difficilis et molesta ab initio sit, cum praecipue huius nostra iuris pro  
 densa amara in primis censentur esse radices, ita ut nisi maxima diligentia ad  
 bibeaturs, in iuuenibus in eam erudiendis pauci admodum reperientur, qui in ea eoa  
 progressus faciant atque ad magnum illud culmen gloriae atque dignitatis gradus  
 perueniant ad quos illa plerumque perducere solet. Namque si iuuenibus quemad  
 modum plerumque fieri solet, vix imperatoris Iustitiani elementis primoribus labijs  
 degustatis sit cum illa spumosa quaestiones et ardua controuersia adponantur quas in  
 interprete ordinari pertractant, alterum duorum contingere necesse est, videlicet aut  
 animi seram infirmi & imbecilles plus aequo onerati, tantum ab his ut opus illud su

7  
 finire difficultatesque percipere valeant, ut etiam terminos plerumque in earum dis-  
 sputatione exaudiant sibi prorsus ignotos: & ita dissidentia rei adipiscende perter-  
 reri, animum despondeant provinciamque omnino deferant: & aut si prosequantur  
 saltem ad illam perveniant diem, in qua cum periculum suae doctrinae facere debeant  
 seque eruditos praebere: ita se ignave & turpiter gerant, ut nihil plane aliud agere  
 videantur, nisi quam plures suae ignorantiae testes, querere, laure atque illam deni-  
 que potius patrum comiseratione, quam illas eorum meritis adipiscantur. Quam  
 quidem rem illi ipsi, qui Academiam hanc nostram instituerunt contemplantes opii  
 meque repugantes: statuerunt, ut discipuli non quidem absolutis institutionibus, coge-  
 rentur ad illa per discenda continuo accedere, quae essent omnium difficillima, & ita  
 perplexa, ut aliquando etiam eorum doctores non satis ea intelligere videantur: sed  
 maturae ipsius ordinis secuti & doctos sapientesque medicos imitati, qui quemadmodum,  
 quoties corpus aliquod diuina curare volunt, non statim omne ei subducunt cibum ad  
 mediamque vocant, sed paulatim esca potuque deducto, ad regulam illam vivendi per-  
 ducunt: ita etiam prudentissimi isti viri sanxerunt, ut hasce nostras interpretatio-  
 nes tanquam medio quodam adhibito, ipsis prius proponerent. In quibus praecipue ex-  
 plicamur ea, quae omnium doctissimus interpretes Bartolus tradidit, in cuius dictis per-  
 pendendis omnes dubitationes et controuersiae, de quibus quotidie interpretes nostri  
 certant digladianturque, ceu in fundamentis quibusdam nituntur edificataeque om-  
 nino suae. de cuius quidem summi viri laudibus & si mihi minime propositum est  
 hoc tempore dicere: illud tamen silentio praeterire nequeo, tantum sibi auctoritatis  
 apud omnes comparasse, ut quemadmodum tacito populi consensu consuetudine ipsa  
 paulatim intercedente, lex aliqua fertur, ita noster Bartolus omnium approbatione  
 iure consultus quodammodo sic effectus. Namque iudices ipsi in sententiis ferendis pu-  
 dore quodam decerentur ab eius sententia recedere; interpretes vero, qui paulo cele-  
 brioris sunt maiorisque nominis honestissimum sibi, & pulcherrimum ducunt, eius  
 opiniones tutari, & veluti axiomata quaedam defendendas sibi proponerent. Qua-  
 propter magna laude, & gloria digni sunt huius nostrae celeberrimae Academiae  
 fundatores; quibus cum multis de causis maxima immortalesque gratiae agenda à no-  
 bis sunt, tum praecipue, quod hoc genus interpretationis hic introduxerunt, cuius qui-  
 dem tanta reperitur utilitas fructuumque ubertas, quanta in quouis alio aut requiri,  
 aut existere possit. Id, quod ego vobis pluribus verbis ostendere nobis istae adolescen-  
 tes, nisi planum istud perspicuumque unicuique vestrum esse animaduertirem: re vero ipsa  
 quoque mihi operam dantibus patefacerem, si parem doctrinam dicendique facultatem  
 eius dignitati asserere me posse crederem. Sed cum desiderio acriori quidem, animique  
 in vos propensione, vires ingenii mei minime respondeant: illud solum mihi reliquum  
 est, quod vobis polliceri possim, quo digni etiam Cicero aliique pluribus doctissimis iuris  
 maximo praesidio aliquando fuisse accepimus, videlicet, ut quantum à diligentia aspi-  
 ditate atque laboribus alicuius amantissimi hominis expectari possit, tantum omnino  
 à me vnusquisque vestrum praestitum futurum sibi firmiter credat, qui auditorium no-  
 strum frequentare nostramque industriam experiri atque adiuuare non dedignabi-  
 tur: illud autem praestabo non quidem ut omnes altercationes, & decisiones, quae in  
 aliis omnibus eiusdem materiae tractatibus ab interpretibus iuris Pontificii, & Ce-

*Sarci examinantur, huc transferam, & quasi coaceruem, quod maxime alienum à re nostra existimo, sed vnus Baroli & Castrensis cõmentaria aliorumque nonnullorum, qui ab eorum doctrina mihi abhorrere minime videbuntur, tantum prosequar, diligenterque perpendam. Quæ ratione nũc omnesquẽ ingenii mei nervos contendam, vt hoc munus quod mihi à MAXIMO PRINCIPE honorificentissime de mandatum est, ita sustineam: vt in beneficio hoc in me conferendo eximium illius iudicium, nec non eorum, qui apud illum me gratia iuuerunt, non minus eniceat probatumque omnibus sit, quam in rebus cæteris adhuc admirandum & tanquam, in consilio Deorum immortal: constatum suspiciendum semper existuerit.*



# INDEX EORVM, QVAE CONTINEN<sup>9</sup> tur in hisce comentariis.

- 1 **C**ommentaria ista, tractatum veluti quendam vsucapionis continent.
- 2 **D**efinitio vsucapionis posita in l. 3 supra eo. iis. quomodo sit defectiva.
- 3 **P**aulli Castrensis oppositiones ad definitionem vsucapionis non reprehendunt iureconsultum.
- 4 **I**ureconsulti non semper definiunt sed aliquando describunt, & abusive tradiderunt.
- 5 **V**erbum possidere quomodo in definitione vsucap. accipi debeat.
- 6 **N**ovus intellectus ad definitionem vsucap. & nova declaratio.
- 7 **N**ulla est differentia inter dominii acquisitionem, et vsucapionem quod ad causas pertinet, quae esse plures non possunt, & declaratio l. 3 §. ex pluribus, supra de acqu. poss. & num. 8.
- 9 **V**sucapio qua ratione iuvnta & qua de causa.
- 10 **Q**uomodo possit dici vsucapio de iure gentium introducta.
- 11 **I**n intellectus ad principium Instit. de vsucapionibus quatenus tribuit eam iuri civili.
- 12 **A**liud est aliquid introduci ex more, iuris gentium, aliud quod ex eo oriatur.
- 13 **N**on valet consequentia dicere ante legem xii tabul. ergo de iure gentium.
- 14 **I**us gentium quomodo probetur aliquid introducere.
- 15 **P**atriam possedit etiam Solonem Athenis instituisse videri.
- 16 **V**sucapionem esse contra aequitatem naturalem, quomodo procedat usque ad numer. 26.
- 17 **I**oannes Andreas quomodo tenuerit eam esse de aequitate naturali.
- 18 **I**us naturale praecipit ut res nostras cognoscamus, & panam inferre negligentibus.
- 19 **V**sucapio nobis efficit res cariores & quomodo.
- 20 **V**sucapiens non efficitur locupletior, ut communiter creditur, & quomodo imo possit locupletior dici factus nu. 33.
- 21 **R**es debent censeri inspecta maiori parte, non una tantum.
- 22 **V**susfructus existens personalis servitus, tamen petitur actione reali.
- 23 **I**ntere est nostra rem magis habere, quam pretium.
- 24 **I**oannes Andreas quomodo decipitur credens, absolute vsucapionem ex aequitate ortam.
- 25 **N**ova defensio ad opinionem Accursii in l. 3 supra eo. quod sit contra aequitatem.
- 26 **E**t vsucapio plura bona contineat, non tamen ex aequitate dici potest introducta.
- 27 **V**sucapio respicit bonum publicum, & an principaliter.
- 28 **Q**uod non possit privata utilitas considerari in vsucapione principaliter, probatur praeter alios.

- 29 Usucapio quomodo possit dici respicere omnium utilitatem vi gloss. vide
- 30 Verba illa, ne domini a sint incerta, multis modis explicari.
- 31 Quomodo explicatio laesoms ad illa verba possit procedere.
- 32 Verba illa l. i. diu & fere semper vno modo explicantur
- 33 Verba, ne domini a sint incerta quomodo declaranda
- 34 Verba illa diu & fere semper ab autore nouiter explicantur.
- 35 Triplex est prescriptio secundum communem opinionem, fauorabilis mista et odiosa
- 36 Quod omnis prescriptio sit fauorabilis, vi Oldendorp. putat, consuetur
- 37 Publice interest erga fauorabilem non valet dicere, & in quibus procedat declaratur num. 38.
- 39 Prescriptio longissimi temporis de iure ff. incognita
- 40 Usucapio triennalis quomodo dicatur fauorabilis, & quare odium non penitus non consideretur sicut in decennali contra Decium.
- 41 Prescriptio longissimi temporis odiosa, & quare in ea non militet ratio boni publici num. 42.
- 42 Intellectus l. fi. C. de ann. exceptione, qui comuniter traditur damnatur, et alia affertur noua declaratio.
- 43 Usucapio proprie refertur ad mobilia secundum communem opinionem qua inuatur & declaratur nu. 44.
- 45 Usucapio aliquando refertur ad immobilia.
- 46 Usucapio ex l. xii. abul. proprie referebatur ad immobilia
- 47 Intellectus Oldendorp. ad l. i. C. in quibus. caus. cess. long. temp. pres. declaratur & consuetur, & aliter textus ille intelligitur nu. 48.
- 49 Verbum prescriptio est verbum generalissimum, et quomodo latius pateat, quam usucapio.
- 50 Prescriptio ad ius excipiendi peritici, usucapio ad acquisitionem
- 51 §. distina In ff. de. i. declaratur
- 52 Usucapio latius patet quam prescriptio.
- 53 Diuerso iure censi quomodo intelligatur, & conciliatur l. ii. supra de offic. p. d. cons. & l. cum qui ades hoc eod. tit. & nu. 78.
- 54 Gratia elegancia, et facilioris sermonis iure consulti aliquando minus proprie locuti
- 55 Prescriptio longi temporis, quod de iure ff. fuerit incognita de quidam volunt non penitus probatur autori
- 56 In prescriptione longi temporis, quomodo dicatur capere vsu & quo non
- 57 L. vnicia. C. de. i. declaratur, & quomodo usucapio proprie hodie ad mobilia tantum referatur.
- 58 Usucapio ad mobilia tantum refertur, non ex proprietate sermonis sed ex dispositione Iustin. Imperatoris.
- 60 Prescriptionis triplex est effectus secundum communem opinionem, quod declaratur & defenditur ab autore nu. 82.
- 61 Dominium vile quomodo queratur in prescriptione longi temporis declaratur.
- 62 Intellectus Oldendorp. nouus ad l. i. §. fi. supra de aqua plu. arc. consuetur.
- 63 Item & ille qui ponitur a Decio in l. traditionib. C. de pac.

- 64 *Nouus intellectus ad h. fin. d. l. i. ponitur ab autore*
- 65 *Verba illa veluti iure ibi posita, nouiter declarantur*
- 66 *Exceptio alia iuris, alia intentionis, & facti*
- 67 *Intellectus & noua ponderatio ad l. emptor. C. de prescrip. long. temp. et ponderatio & declaratio l. penult. C. eo. tit.*
- 68 *utile dominium videri nomen, ut nostri dicunt magistrale gratia doctrina excogitatum, & iureconsultis incognitum*
- 69 *L. si duo. h. i. supra de iure iur. an. declaratur*
- 70 *Tempus non potest tollere ipso iure obligationem quomodo procedat, & non a declaratio ad istam regulam respectu vsucapionis.*
- 71 *Quod nostrum, est a nobis sine factio nostro auferri non potest.*
- 72 *Declaratur quomodo respons. communis ad d. regulam non sit bona*
- 73 *In rebus mobilibus quare directum queratur dominium, secus in immobilibus.*
- 74 *Communis opinio, quod in rebus immobilibus queratur utile dominium, quomodo probetur.*
- 75 *Dominium dicitur etiam queri in immobilibus & quomodo procedat*
- 76 *Dominium utile dicitur proprie dominium*
- 77 *Una lex per aliam declaratur.*
- 78 *Diuerso iure censi quomodo procedat, declaratur.*
- 79 *Temporis quomodo maxima sint vires, et error Oldendorpi in hoc.*
- 80 *Declaratio l. vnic. C. de vsucap. ar. transformanda in illis verbis, miseri rerum domini excludantur.*
- 81 *Verbum excludere quomodo ad exceptionem referatur*
- 82 *Communis opinio, quod per longi temporis prescriptionem queratur dominium utile, est versutima.*
- 83 *Statutum mandans quod ex prescriptione queratur dominium quod intelligatur de directo ut voluit Barzol. quomodo procedat*
- 84 *Statutum potest continere idem quod ius comune, & quomodo, ultra alios declaratur hic ab autore, & nu. 85.*
- 86 *Homines gaudent rebus a se factis, licet minus vtilibus*
- 87 *Baldi & Bartoli opinio diuersa in intelligendo statuto idem quod ius comune disponente conciliatur*
- 88 *Summarium Bartol. ad hanc legem ponderatur*
- 89 *Tiulus pro suo est triplex*
- 90 *Tiulus vnde dicitur in materia vsucapianis, & quomodo tuetur nos, nouiter declaratur.*
- 91 *De iure Canonico titulus in prescriptione non requiritur quomodo verum sit, & an procedat in prescriptione longi temporis nouiter declaratur numer. 95.*
- 92 *Ratio eandem cum dicto aliquando admitti, nouiter declaratur.*
- 93 *Ratio decidendi posita hic a iureconf. declaratur nouiter*
- 94 *Tiulus putatiuus & fictus quomodo differat*

- 96 *Textus iste non bene limitatur à doctoribus nolentibus procedere de iure canonico, ex quo loquitur tantum de prescriptione longi temporis.*
- 97 *Bartol. hic nouiter ponderatur ad probandum an in terminis textus nostrus dicitur vsucapio pro suo titulo speciali quod declaratur nu. 109*
- 98 *Possessio pro suo est duplex una respectu vsucapionis, non alia.*
- 99 *Forma deueniendi ad litem estimationem.*
- 100 *Agitur in rem, ergo dominium petitur, non valet consequentia*
- 101 *Balbus male Castrensem reprehendisse, dum vult quod bona fides oritur ex iniusto errore, in terminis huius textus nouiter declaratur.*
- 102 *Putans emisse in terminis. l. nostra qui dicitur errare in iure.*
- 103 *Non enim nulla sunt qualitates, an hic probetur ut putat Balbus.*
- 104 *Litis estimatio ideo similis emptioni, quoniam pretium interuenit.*
- 105 *Que reprobatur, & alia tangitur, & l. eius rei supra de rei vend. declaratur*
- 106 *Gloss. huius legis diuiditur*
- 107 *Ratio posita in hac. l. an fuerit Celsi vel Ulpiani probantis sententiam Celsi.*
- 108 *Argumentum de specie ad genus negatiue non valet, secus de omnibus speciebus*
- 109 *Azonis opinio de titulo pro suo declaratur, & reicitur vna cum Bartolo.*
- 110 *Balbus male intellexisse versiculum Bartoli praterea in prima col. posuimus, & eius verus sensus declaratur nu. 111.*
- 112 *Intellectum ad l. nostram, & opinionem antiquorum consutatam.*
- 113 *L. quod vulgo infra pro tempore, textum l. nostra optime declarat.*
- 114 *In titulo emptionis iustissimus error requiritur secundum comunem opinionem*
- 115 *Qua oppugnatur. 116. Nomen defenditur.*
- 117 *Quare in contractu emptionis duobus temporibus requiritur bona fides, prater alios declaratur.*
- 118 *Iniustus error qui dicitur*
- 119 *Fides aduersario in quibus adhibenda.*
- 120 *Error tollerabilis qui potest dici iustissimus*
- 121 *L. 2. in §. si a pupillo infra pro emptore, nouiter declaratur reiecto intellectu Bartol.*
- 122 *Balbus perperam Bartolum intellexisse.*
- 123 *L. Sed si me putem supra de condit. indeb. noue declaratur.*
- 124 *Regula. l. clauibus supra de contrah. empt. declaratur in quibus procedas*
- 125 *Balbus sibi contrarius.*
- 126 *L. tra. diuisionibus. C. de pac. ponderatur & explicatur*
- 127 *L. Clauibus non procedit in translatione domini ficta*
- 128 *Gloss. huius legis in versic. sed cur. ab omnibus pratermissa explicatur hic.*
- 129 *Intellectus Baldi ad l. iusto in §. filius infra eo. declaratur.*
- 130 *Alius ponitur nouus.*
- 131 *L. si fundum supra de fundo dot. declaratur: & quare possessio plena sufficiat ad domini translationem, secus ad vsucapionem*
- 132 *An possessio amittatur sicut dominium spatio x. annorum.*

- 133 *L. a Diuo Pio in §. si super rebus infra de re iudic. non bene intelligi a Bart. dum putat ibi tractari de primo decreto, quae aliter declaratur.*
- 134 *L. interdum in §. fin. supra tit. i. ponderatur contra cōmūnem, & defenditur*
- 135 *Quando venditur res precario possessa, & rursus ab emptore rogatur precario, quare non resineatur naturalis a rogante.*
- 136 *Debitor qui possideat pignus respectu usucapionis, & tamen non conuenitur rei vindicatione remissus.*
- 137 *Rogatus precario quomodo dicatur animo non omnino possidere.*
- 138 *L. cum solus infra eo. nouiter declaratur*
- 139 *Ad amissionem possessionis civilis non sufficit animus tantum*
- 140 *Bona fides semper praesumitur nisi contrarium probetur*
- 141 *Ponderatio ad l. penul. C. de praesc. long. temp. & eius declaratio*
- 142 *Error iuris parit malam fidem; secus facti*
- 143 *Error iniustus dicitur duplex, & quomodo bonam fidem pariat*
- 144 *Bona fides est duplex, & conciliatur Bartol. & Dinus*
- 145 *Bona fides quomodo sine titulo praesumatur*
- 146 *L. fin. C. vnde in multis modis declaratur & ponderatur contra Bartol.*
- 147 *Quod eius intellectus procedat, & quod ibi antiquior possessor existeret.*
- 148 *Ratio quare verius non possit allegare, Quod tuum non est, de quo in d. l. fin.*
- 149 *Bona fides appellatur praesumpta, licet situr assentione eius qui habere illam dicitur.*
- 150 *Quod omnis actio spatio quadraginta annorum tollatur, non sit correctum de iure Canonico secundum Bartol.*
- 151 *L. sicut & l. cum notissimi. C. de praescript. xxx. vel xxx. annorum sunt correctae a c. final. de praescriptionibus contra Bartol.*
- 152 *Est eius opinio magis comuniter reiecta, quod nouiter ostenditur num. 153.*
- 154 *Non soluere debium quomodo dicatur peccatum*
- 155 *Inter praescriptionem rerum corporaliū, & actionum est differentia, & ratio boni publici non viget in utraque*
- 156 *L. Sicut & l. cum notissimi esse correctas nouiter declaratur.*
- 157 *lus canonicum seruandum in foro civili & contentioso*
- 158 *Mala fides, an praesumatur ex renunciatione tertii*
- 159 *L. si fundum. C. de rei vend. multis modis ponderatur, & declaratur nu. 161.*
- 160 *Dictio si non semper stat conditionaliter*
- 162 *Verus intellectus ad d. l. si fundum opinioni Bart. conueniens*
- 163 *Quod verba significant, praesumitur quis habere in mentem & declaratio. l. labeo supra de supple. legat.*
- 164 *Quod mala fides praesumatur etiam quando quis dixerit per iocum et ludens scire rem alienam.*
- 165 *Vicini praesumitur scire facta vicini quando procedat & c. quanto de praesumpti nihil probare quod ad hoc attinet.*
- 166 *Praesumptio una ab alia trahitur.*
- 167 *Continuatio possessionis probatur per collectionem fructuum & declaratio. l.*

*Tertia infra de solution.*

- 168 Qui semel possides semper praesumitur si istud asserat & agatur de suo com-  
modo, & declaratio l. siue possidetis. C. de probationibus.
- 169 An procedat in rebus mobilibus, & noua consideratio circa hoc
- 170 Si testis deponat Titium possedisse a x. annis circa, an probet praescriptionem  
perfectam, nouiter declaratur
- 171 Textus in l. i §. quod autem supra de acqu. plus. arcen. explicatur.
- 172 C. licet causam, de probation. male à Bartol. intellectus nouiter explicatur
- 173 Testis post liem contestatam deponens, quem possedisse x. annos, non probat  
perfectam praescriptionem, et an in mobilibus procedat.
- 174 Ratio differentia inter mobilia & immobilia declaratur.
- 175 Distio ultra cum sit incerta, nihil in teste operatur an verum sit.
- 176 L. cum furti supra de in liem iur. aliter declaratur quàm per Bartol.
- 177 Testis deponens quem possedisse x. annos, non declarando quo tempore fini-  
tos, non probat praescriptionem perfecte, ex quo non est clarum de qui-  
bus annis intellexerit
- 178 Ista opinio etsi cautiore sit, tamen disputando potest facile reuocari.
- 179 Circa istam conclusionem auster nonnulla considerat
- 180 Quod sufficit testem dicere per x. annos, licet non addat continuos.
- 181 Quod res non sit vitiosa non est requisitum vsucapion.



PETRI ANTONII

ANSELMII FLORENTINI

IN PISANO GYMNASIO

IVS CIVILE PRO-  
FITENTIS.

Commentaria in. l. Celsus. ff. de vsucap.



Elfus libro xxxiiii. ad Sabinum, er-  
rare eos ait qui existimarent cuius  
rei quisque bona fide adeptus sit  
possessionem, pro suo vsucapere  
eum posse: & nihil referre, emerit  
nec ne, an ei donatum sit, necne: si

modo emptum vel donatum sibi existimauerit: quia  
neque prolegato neque pro dote vsucapio valet, si  
nulla donatio, nulla dos, nullumque legatum sit.  
Idem & in litis aestimatione placet, vt nisi verè quis  
litis aestimationem subierit vsucapere non possit.

IN hac lege interpretanda, totus modo verba audiuitis præter illa  
quæ iureconsultus Ulpianus. Accurs. Bartol. & ceteri interpretes hic  
pertractant, ad titulum traditionem bonam fidem & possessionem  
eiusque continuationem pertinentia, ex quibus ipsa vsucapio constat  
vetradit P. Castrensis hic in extrema parte suorum cõmentariorum:

es, ad han  
mios, in  
captionis. De  
tiquis tum et  
tus auxilio D  
runt ab istis t  
hunc ordin  
Primum in  
causa quotuplex  
tum legis nostræ

e mihi nonnulla vobis examinare Nobilissimi  
ciam perfecte intelligendam necessaria, vt his  
i quidam absolutus habeatib tractatus vsu-  
mplures doctissimi viri scripserunt, tum ex an-  
centioribus; nihilominus futurum confido fre-  
M. plura me declaraturum quæ partim non fue-  
tim minus diligenter explanata. Seruabo autem  
bo quid sit vsucapio, quo iure inuenta & qua de-  
sit; & quis effectus inde oriatur: Deinde ad tex-  
cedam. Postremo: ad commentaria Bartoli ad

grediar, cuius viam & methodum semper custodiam in examinandis aliorum dictis. Et hæc omnia præstabo, in primis consulendo breuitati, & nihil prætermittendo, quod ad vestram vtilitatem pertinere mihi fuerit vtilum.

Quæro igitur primo quid sit ipsa vsucapio, & respond. quod eius definitio ponitur in l. 3. supra eo. tit. quam quidem ego declarabo, & examinabo, referendo primum aliquot oppositiones, quæ contra eam formantur, deinde eas confutabo; habita ratione subiectæ materiæ, quæ exquilitas & vndique absolutas definitiones non admittit vt doctissime tradit Cagnolus in l. omnis definitio infra de reg. iur.

2 Primo ergo opponit Castrensis in d. l. 3. quod sit defectiua, videlicet in titulo qui cum in ea sit necessarius vt hic in textu nostro habetur, & in l. nullo. C. de rei vendic. tamen nullum verbum ibi de eo sit ergo mala. l. i. §. dolum supra de dol. cum vulgaribus.

Secundo quoniam non est acquisitio, ipsa vsucapio, sed potius effectus ipsius vsucapionis, per quam acquiritur seu adicitur nobis dominium. l. traditionibus. C. de pactis, ergo non bona, nam per effectum definitio non debet tradi, vulgata doctrina Barto. in Rubr. infra de appellat. Illis oppositionibus, & argumentis Paulus non respondet, sed tantum aliam definitionem tradit vt per eum ibi, ad quem vos reuocatio nunc, nec aliter hic refero. Nec obstat si quis diceret, quod eius obices iureconsultum reprehendunt, quod certe facere est nefas, vt habetur in prohemio sffrum, & in l. ii. C. de uet. iu. enucl. Quoniam puto ego esse animaduertendum quod propositum Pau. Castrensis istud  
3 forte non fuerit sed tantum voluit ipse dicere ipsum iureconsultum sibi non proposuisse definire proprie, sed abusive & largo modo describere iuxta doctrinam Cagnol. in d. l. omnis definitio nu. 7. quare non  
4 statim inferitur quod iurecons. male locutus sit, cum actus agentium non debeat operari aliquid præter eorum voluntatem. l. non omnis supra si cer. per. Igitur laborandum est & diligenter videndum, an possit ista definitio defendi ab impugnationibus Castrensis: namq; cum sit obscurum an fuerit propositum iureconsulto definire nec ne, potius est in dubitatione ista credendum contrarium, videlicet quod ita  
5 modo definire, & non abusive describere, vt est clarissimi iuris, & Cagnolus tradit in d. l. omnis proxime citata. Ideo puto esse animaduertendum, quoniam iurecons. etsi videatur velle, quod vbi est longa possessio, ibi reperiat perfectam vsucapio: quod secundum torricem verborum, posset videri uerificatum in simplici & naturali detentatione seu  
6 possessione, & sic esset falsum; quoniam alia præter istud, sunt necessaria ut hic notat: & infra suo loco latius dicetur: tamen illud uerbum  
7 possessionis positum in definitione aliter credo explicandum & accipiendum esse in proposita facti specie, videlicet non solum pro ciuili  
8 possessione quæ requiritur in usucapione secundam glos. in l. i. C. de  
9 ser.

ser. fugit. cōmuniter hic receptam & probatam scribentibus v̄ infra erit manifestum suo loco: sed etiam apta ad vsucapiendum, id est cōtinente titulum, & bonā fidem præcedentem: & sic verbū istud possessione cum effectu sit accipiendum sicut alibi sapissime reperitur. Bartol. in .l. qui concubinam §. cum ita supra de leg. 3. & in .l. i. §. hæc autem supra quod quisq; iuris. Et ita ipsam definitionem intelligendo excluditur fructuarius, & creditor quorum licet alter naturaliter alter verò ciuilitè possideat. l. naturaliter supra titu. i. l. serui nomine supra eo. tit. tamen neuter vsucapit. l. acquiritur. §. fin. supra tit. 2. l. i. §. per seruum corporaliter supra tit. i. & hæc est solutio quam in effectu & re ipsa tradit Oldendorpius in tractatu, quem confecit de vsucapionibus non tamen ita explicando, vt nuper modo feci vobis.

Quæ potest etiam iuari ex eis quæ traduntur add. in definitione testamenti ad verbum illud iusta ibi positum, in .l. i. supra de testam. Et in libello cuius verba, cum possint duobus modis accipi, potius explicantur & intelliguntur, vt eius intentio sustineatur & consistat. l. sed si in §. item si supra de iure iur. Secundo potest responderi quòd iure reconf. non dicat quòd ex continuatione possessionis, quaeratur dominium, & sic pareatur & perficiatur vsucapio: sed tantum affirmet esse illam acquisitionem, quæ sit ex continuatione possessionis &c. quare cum in ea, continuatione sint alia requisita, vt modo vidimus, ad ea & secundum ea, dicta possessio est referenda, & intelligenda argumentò. l. asse toto supra de heredib. inslit.

Quæ responsiones procedunt & possunt subsistere quòd ad primam oppositionem attinet, sed tamen ex his non tollitur secunda difficultas Castrensis, quoniam per hæc non probatur iureconsultum posuisse substantiam rei definitæ. sicut debet. etenim applicatio iam tradita potius modum quendam, quo perficitur seu effectum nobis ostendit, quàm causam, contra iuris clarissimi dispositionem, vt supra. Huic difficultati posset responderi ex distinctione doctissimi Cagnoli in .d. l. omnis definitio, dum declarat doctrinã Bartoli in rub. infra de appellat. qui distinguit effectum statim orientem seu immediatum, ab eo qui nascitur ex intervallo, vt per eum, ad quæ vos, reuocio. Sed tamen præter alios cogitare vos volo an possit etiam responderi quòd immo ponatur causa & substantia vsucapionis, & non tantum effectus in illis verbis per continuationem possessionis, quæ ostendit in quo consistat, & vnde proficiatur. ipsa vsucapio, & ita non tantum effectus erit positus, sed essentia quoq; quem intellectum ita cõprobari & ad iuari posse credo, videlicet ponderando verbum vsucapionem, quod est nomen verbale, vt patet, deductum enim est ab vsu capere ut planum est quoq; pueris. Sed verbalia nomina habent huiusmodi naturam, ut actum significant & quidem sæpe iteratum & frequentatum, ut est de hoc doctrina Bartol. in .l. mariti infra ad .l.

Iuli. de adulter. & in l. legatis supra de leg. iii. Igitur stante hoc, vt sit vsucapio necesse est quod sequatur seu potius præcedat continuatio possessionis, aliter enim actus non erit, & sic non seruaret naturam suam nomen vsucapio, si continuatio, ergo & acquisitio, quoniam nõ quælibet sufficit, sed ea quæ legibus definitur vt dicitur ibi. Si acquisitio, patet quod non erit effectus vsucapionis, ipsa acquisitio, vt voluit Castrensis, ex quo non potest ab ea separari, & ipsa tunc demum prodeat in lucem & suum habeat esse quando acquiritur. Cogitate tamen quoniam est noua consideratio, a nemine, quem ego viderim tacta.

Tertia oppositio seu difficultas oritur ex traditis a gloss. in l. 3. supra eo. propter verbum acquisitio. namque minimè videtur istud posse aliquo modo procedere. quod probatur ita. quoniam sequeretur, quod quemadmodum ex pluribus causis efficitur vsucapio. declarando, vt facit Barto. ibi videlicet titulo bonafide & c. Ita & dominium acquireretur, quod tamen est falsum. l. 3. §. ex pluribus supra tit. primo. Gloss. timore huius difficultatis exponit idest causam acquisitionis, & aduertendum est diligenter quoniam ista est valde subtilis dubitatio, & Accurf. doctè quidem, sed tamen obscure loquitur. voluit enim dicere gloss. quod si accipiamus acquisitionem pro causa acquisitionis, non erit nobis impedimento. d. §. ex pluribus. Nam \* dominium acquirere possumus ex pluribus causis, & hoc nemo negare potest, in telligendo de remotis videlicet, quod ex traditione ex donatione ex occupatione & c. transferri potest, vt est planum & exploratum per iura vulgaria, sed tamen postea non efficiamur domini nisi vnica quæ est proxima, & immediata, ex qua contigit nobis dominium.

Ita exponit gloss. cuius declaratio recipitur ibi à Bart. & Castrensis & videtur probata plerisque, ex qua colligitur differentia inter dominium & vsucapionem. Sed tamen considerandum vltèrius est. Nam ista differentia non videtur consistere \* quoniam sicut vsucapio ab initio potest acquiri & perfici pluribus causis, idest titulis videlicet vel pro emptore vel pro donato & c. & tamen ex vnica tantum causa immediata istud fit: ita & in dominii acquisitione ex pluribus causis possumus acquirere, puta aut ex traditione, aut occupatione & c. licet postea domini dicamur facti tantum vnica causa, cum res aliqua nostra semel effecta amplius nobis quæri non possit. l. non vt ex pluribus infra de regu. iu. Et ita procedit. d. §. ex pluribus ibi Dominium contingere. Nec ad rem pertinet quod in vsucapione causæ proximæ plures interueniant, videlicet titulus bonafides & cætera requisita. Nam ego respondeo, quod istæ omnes habentur pro vnica tantum, ex quo simul concurrunt & quælibet per se non sufficit, ut patet etiam in causa proxima acquisitionis dominii, in qua plura possunt concurrere quæ pro uno haberentur veluti in specificatione, in qua bona fides etiam

etiam requiritur & alia de quibus in l. adeo supra titu. 2. & in §. cum  
 ex aliena Instit. de rer. diuisione, facit text. in l. i. supra de autor. tutor.  
 & quod dicitur de uniuersitate, quæ cum pluribus cõficiatur, tamen  
 unica tantum dicitur, ut habetur notat. in Rubr. supra quod cuiusq;  
 uniu. & in l. si græge supra de leg. 7.

Et hæc non sunt præter mentem gloss. in d. §. ex pluribus si ipsa sub-  
 tiliter ponderetur atq; de animaduertatur.

Secundo principaliter quæro quo iure & qua de causa sit introdu-  
 cta usucapio: & respondetur, quod de iure ciuili contra æquitatem  
 naturalem, & propter bonum publicum ne dominia rerum sint incer-  
 ta, ut probatur Instit. eo. tit. & in l. i. supra eo. ubi Accurs. tradit.

In ista secunda quæstione principaliter erant accessorie nobis exa-  
 minandæ & discutiendæ dubitationes, quæ in ea continentur, ut per-  
 spiciatur ex iis, quæ supra in princ. fuerunt præmissa. nu. i.

Cõtra igitur primam quod non sit de iure ciuili præter ea quæ Ioã.  
 Andreas tradit in c. possessor. pondero ego. l. unic. C. eo. titulo iunctis  
 notat. a gloss. i. Instit. in princip. eod. tit. ubi dicitur quod a l. xii. tabu-  
 larium usucapio perficiebatur per spatium biennii, & unius anni: con-  
 sidero ego si dicamus quod antea non fuerit inducta usucapio ab aliis  
 natiombus; nimis darum fuisse; quod l. xii. tabularum spoliaret dõ-  
 minum re sua; tam breui tempore nec integritati & simplicitati illius  
 seculi; conueniret: quod iustitiam & æquitatem maxime colebat ut  
 est uulgatum & tritum apud omnes.

Secundo pro ista eadem opinione potest adduci id, quod legitur  
 apud multos autores & præcipue M. Tullium Ciceronem in libro 2.  
 de legib. ubi refert Solonem locutum olim, fuisse de usucapione, ex  
 quibus posset suaderi quod usucapio ante l. xii. tabularum, & sic ius  
 ciuile esset induta atq; usurpata; quoniam ante l. xii. tabularum, nul-  
 lum aliud ius Romæ uideretur inductum ut colligi potest ex progressu  
 eius, de quo meminit Caius iurecons. in l. secunda supra de orig. iur.

Et ita sustinendo & disputando posset responderi, quod textus in  
 princ. Instit. eod. intelligi debet respectu temporis in ea præstituti,  
 unius uidelicet anni, & biennii, & ita uerba illa iure ciuili accipienda  
 uidentur esse, & posse, ut patet ex inspectione illius textus, namq; est  
 per iudicium & quidem longiuscula, quæ extenditur usq; ibi. Is eam & c  
 & sic respectu formæ ut sic dixerim, non inuentionis, sicut dicitur de  
 aliis multis in l. ex hoc iure supra de iust. & iur. & Instit. de testam.

Tuendo tamen contrariam opinionem plerisq; probatam, ut apud  
 Balb. hic & in suo tractatu patet. Respondeo argumentis & obiectis,  
 & dico primum distinguendum esse, quoniam aliud est aliquam  
 dispositionem ortam esse ex mente iuris gentium, aliud quod sit in-  
 ducta ab eo, ita quod ei sit tribuenda, & hoc modo possent confutari,  
 quæ tradit Ioann. Andreas in d. c. possessor.

- Ad secundum dicerem faciendo assumptum, sed negando consequentiam, et enim non valet dicere ante l. xii. tabularum surpabatur, ergo de iure gentium, ut patent exempla apud Græcos, à quibus Romani acceperunt multa, quæ tamen dicuntur de iure civili, ut notat in l. ex hoc iure supra de iust. & iur. Nec istud intelligo per approbationem iuxta illam regulam, merito nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. l. ii. C. de veter. iur. enucl. Nam requiritur ut dicatur iuris gentium esse seruatum apud omnes gentes vel plerisque, & naturali ratione inducitur argum. §. quod vero naturale iustit. de iur. natur. & in §. sed ius civile eod. tit. & potest adduci exemplum de patria potestate, quam sibi ius civile adscribit, ut Instit. de pat. potest. & tamen Solon. Athenis illam introduxisse videtur, sicut memorat prodicit Diocæarchus quidam, quem refert Hispanus ille qui suis institutis optimum principem informauit, dum sapiensissimus ille legislator controuersiam illam inter patrem & filium ortam, sententia lata diremit, ut dicitur in l. ego orti q. sol. de iur. iur. A. Præterea sicut leges Romuli, quarum meminit quidam Pardalpus, qui tractatum veteris iuris prudentiæ seu potius catalogum quendam confecit, & tamen modum illo tempore xii. tabularum fuerant Athenis Romam allate, ut colligitur ex eadem. l. 2. supra de origi. iur.
- Secunda sequitur dubitatio an contra æquitatem naturalem sit inducitur vsucapio, quod Accur. opinatus est supra in l. huiusce tituli nostri, & in l. i. de iust. & iure. Dinus in d. possessor. Angel. in l. sequitur §. si viam infra eod. Bartol. Castrensis. Imol. hic, & plures alii quos refert Felinus in Rubr. extra de prescript. & de iur. iur. hanc Quæ opinio primo nititur in illam regulam. l. iure natura, & l. nam hoc natura supra de condit. indeb.
- Secundo, in l. id quod nostrum infra, de reg. iur. quæ sunt vulgata. Contraria opinio tamen fuit Ioan. Andreæ in d. c. possessor quod immo ex æquitate descendat ipsa vsucapio, quam sequitur Abb. Panormitanus in Rubr. extra de prescript. & communem appellat Balbus hic in 3. col. & Cagnol. refert in d. l. iure natura de reg. iur. Pro qua sententia Ioan. Andr. multa subtiliter more suo considerat atque perpendit, qui valde doctè loquitur ut apud ipsum patet, loco nuper citato, ad quem me refero.
- Primo ergo potest adduci textus in l. i. supra eo, ubi habetur traditum a iure con, quod bono publico est inducitur vsucapio, cuius inter est ut quiete, & tranquille viuatur, c. quod circa. de constitution. ubi notat, quod cerè quadrat mirificè & maximè conuenit iuris naturalis præceptis secundum quod vnusquisque debet scire, & cognoscere res suas, neque de hoc perpetuo esse anxius, & sollicitus §. ius autem gentium ubi Claudius Cantiuncula copiose tradit in sua paraphrasi Institut. de iure naturali: quod viuatur etiam ex eis, quæ ipse Baldus notauit



*Sarci examinantur, huc transferam, & quasi coaceruem, quod maxime alienum à re nostra existimo, sed vnus Bartoli & Castrensis cōmentaria aliorumque nonnullorum, qui ab eorum doctrina mihi abhorreere minime videbuntur; tantum prosequar, diligenterque perpendam. Qua ratione nitar omnesque ingenui mei nervos concendam, ut hoc munus quod mihi à MAXIMO PRINCIPE honorificentissime de mandatum est, ita suslineam: ut in beneficio hoc in me conferendo exitium illius iudicium, nec non eorum, qui apud illum me gratia inuerunt, non minus eniteat probatumque omnibus sit, quam in rebus ceteris adhuc admirandum & tanquam, in consilio Deorum immortal: conflatum suspicendum semper existierit.*



# INDEX EORVM, QVAE CONTINEN<sup>2</sup> tur in hisce comentariis.

- 1 **C**ommentaria ista tractatum veluti quendam vsucapionis continent.
- 2 Definitio vsucapionis posita in l. 3 supra eo. sicut quomodo sit defectiva.
- 3 Pauli Castrensis oppositiones ad definitionem vsucapionis non reprehendunt iureconsultum.
- 4 Iureconsulti non semper definiunt sed aliquando descripserunt, & abusive tradiderunt.
- 5 Verbum possidere quomodo in definitione vsucap. accipi debeat.
- 6 Novus intellectus ad definitionem vsucap. & nova declaratio.
- 7 Nulla est differentia inter dominii acquisitionem, et vsucapionem quod ad causas pertinet, quae esse plures non possunt, & declaratio l. 3 §. ex pluribus, supra de acqu. poss. & num. 8.
- 8 Usucapio qua ratione inuenta & qua de causa.
- 9 Quomodo possit dici vsucapio de iure gentium introducta.
- 10 Intellectus ad principium Insti. de vsucapionibus quatenus tribuit eam iurisciuli.
- 11 Aliud est aliquid introduci ex mente iurisperitorum, aliud quod ex eo oriatur.
- 12 Non valet consequentia dicere ante legem xii. tabul. ergo de iure gentium.
- 13 Ius gentium quomodo probetur. aliquid introducere.
- 14 Patriam potestatem Solonem Athenis instituisse videri.
- 15 Usucapionem esse contra aequitatem naturalem, quomodo procedat usque ad numer. 26.
- 16 Ioannes Andreas quomodo tenuerit eam esse de aequitate naturali.
- 17 Ius naturale praecipit ut res nostras cognoscamus, & penam infert negligentibus.
- 18 Usucapio nobis efficit res cariores & quomodo.
- 19 Usucapiens non efficitur locupletior, ut communiter creditur, & quomodo imo possit locupletior dici factus nu. 33.
- 20 Res debent censeri inspecta maiori parte, non vna tantum.
- 21 Ususfructus existens personalis seruicium, tamen petitur actione reali.
- 22 Interest nostram rem magis habere, quam pretium.
- 23 Ioannes Andreas quomodo decipiatur credens absolute vsucapionem ex aequitate ortam.
- 24 Nova defensio ad opinionem Accursi in l. 1. supra eo. quod sit contra aequitatem.
- 25 Nec vsucapio plura bona contineat, non tamen ex aequitate dici potest introducta.
- 26 vsucapio respicit bonum publicum, & an principaliter.
- 27 quod non possit prima a utilitas considerari in vsucapione principaliter, probatur praeter alios.

- 29 Usucapio quomodo possit dici respicere omnium iurisdictionem vi gloss. vult  
 30 Verba illa, ne dominia sint incerta, multis modis explicari.  
 31 Quomodo explicatio laetoris ad illa verba possit procedere.  
 32 Verba illa. l. i. diu & fere semper vno modo explicantur  
 33 Verba, ne dominia sint incerta quomodo declaranda  
 34 Verba illa diu & fere semper ab autore aduiter explicantur.  
 35 Triplex est prescriptio secundum communem opinionem, fauorabilis, mista et odiosa.  
 36 Quod omnis prescriptio sit fauorabilis, vt Oldendorp. putat, consuetur  
 37 Publicè interest ergo fauorabile non valet dicere, & in quibus procedat declaratur num. 38.  
 39 Prescriptio longissimi temporis de iure ff. incognita  
 40 Usucapio triennalis quomodo dicatur fauorabilis, & quare odium non petentis non consideretur sicut in decennali contra Decium.  
 41 Prescriptio longissimi temporis odiosa, & quare in ea non militet ratio boni publici num. 42.  
 42 Intellectus. l. f. C. de ann. exceptione, qui communiter traditur damnatur, et alia afferitur noua declaratio.  
 43 Usucapio proprie refertur ad mobilia secundum communem opinionem qua inuatur & declaratur nu. 44.  
 45 Usucapio aliquando refertur ad immobilia.  
 46 Usucapio ex. l. xii. tabul. proprie referebatur ad immobilia  
 47 Intellectus Oldendorp. ad. l. i. C. in quibus. caus. cess. long. temp. pres. declaratur & consuetur, & aliter textus ille intelligitur nu. 48.  
 49 Verbum prescriptio est verbum generalissimè, et quomodo latius pateat. quàm usucapio.  
 50 Prescriptio ad ius excipiendi pertinet, usucapio ad acquisitionem  
 51 §. diuina Instit. e. i. declaratur  
 52 Usucapio latius patet quàm prescriptio.  
 53 Diuerso iure censeri quomodo intelligatur, & conciliatur l. ii. supra de offic. p. d. cons. & licet qui edes hoc eod. i. & nu. 78.  
 54 Gratia elegantia, et facilius sermonis iure cōsulti aliquando minus proprie locuti  
 55 Prescriptio longi temporis, quod de iure ff. fuerit incognita vt quidam volunt, non penitus probatur auctori  
 56 In prescriptione longi temporis, quomodo dicatur capere vsu & quò non  
 57 L. i. m. i. C. de i. declaratur, & quomodo usucapio proprie hodie ad mobilia tantum referatur.  
 58 Usucapio ad mobilia tantum refertur, non ex proprietate sermonis sed ex dispositione Iustini Imperatoris.  
 59 Prescriptio triplex est effectus secundum communem opinionem, quod declaratur & defenditur ab autore nu. 82.  
 61 Dominium vtile quomodo queratur in prescriptione longi temporis declaratur.  
 62 Intellectus Oldendorp. nouus ad. l. i. §. si supra de aqua plu. ar. consuetur.  
 63 Item & ille qui ponitur a Decio in. l. traditionib. C. de pac.

- 64 *Novus intellectus ad §. fin. d. l. i. ponitur ab autore*
- 65 *Verba illa veluti iure ibi posita, noviter declarantur*
- 66 *Exceptio alia iuris, alia intencionis, & facti*
- 67 *Intellectus & noua ponderatio ad l. empror. C. de prescrip. long. temp. et ponderatio & declaratio l. penult. C. eo. iu.*
- 68 *vile dominium videri nomen, ut nostri dicunt magistrale gratia doctrinae excogitatum, & iureconsultis incognitum*
- 69 *L. si duo §. i. supra de iureiur. an. declaratur*
- 70 *Tempus non potest tollere ipso iure obligationem quomodo procedat, & nona declaratio ad istam regulam respectu vsucapionis.*
- 71 *Quod nostrum, est a nobis sine facto nostro auferri non potest.*
- 72 *Declaratur quomodo respons. communis ad d. regulam non sit bona*
- 73 *In rebus mobilibus quare directum queratur dominium, secus in immobilibus.*
- 74 *Communis opinio, quod in rebus immobilibus queratur vile dominium, quomodo probetur.*
- 75 *Dominium dicitur etiam queri in immobilibus & quomodo procedat*
- 76 *Dominium vile dicitur proprie dominium*
- 77 *Una lex per aliam declaratur.*
- 78 *Diuerso iure censi quomodo procedat, declaratur.*
- 79 *Temporis quomodo maxime sint vires, et error Oldendorpii in hoc.*
- 80 *Declaratur l. vnic. C. de vsucap. transformanda in illis verbis, nisi rerum domini excluderentur.*
- 81 *Verbum excludere quomodo ad exceptionem referatur*
- 82 *Communis opinio, quod per longi temporis prescriptionem queratur dominium vile, est verissima.*
- 83 *Statutum mandans quod ex prescriptione queratur dominium quod intelligatur de directo ut voluit Bartol. quomodo procedat*
- 84 *Statutum potest continere idem quod ius comune, & quomodo, ultra alios declaratur hic ab autore, & nu. 85.*
- 86 *Homines gaudent rebus à se factis licet minus vtilibus*
- 87 *Baldi & Bartoli opinio diuersa in intelligendo statuto idem quod ius comune disponente conciliatur*
- 88 *Summarium Bartol. ad hanc legem ponderatur*
- 89 *Titulus pro suo est triplex*
- 90 *Titulus vnde dicitur in materia vsucapionis, & quomodo tuetur nos, noviter declaratur.*
- 91 *De iure Canonico titulus in prescriptione non requiritur quomodo verum sit, & an procedat in prescriptione longi temporis noviter declaratur numer. 95.*
- 92 *Ratio eandem cum dicto aliquando admitti, noviter declaratur.*
- 93 *Ratio decidendi posita hic a iurecons. declaratur noviter*
- 94 *Titulus putativus & fictus quomodo differat*

- 11
- 96 *Textus iste non bene limiatur à doctovibus nolentibus procedere de iure canonico, ex quo loquitur tantum de prescriptione longi temporis.*
- 97 *Bartol. hic noviter ponderatur ad probandum an in terminis textus nostris deur vsucapio pro suo titulo speciali quod declaratur nu. 109*
- 98 *Possessio pro suo est duplex una respectu vsucapionis, non alia.*
- 99 *Forma deveniendi ad iuris affirmacionem.*
- 100 *Agitur in rem, ergo dominium petitur, non valet consequentia*
- 101 *Balbus male Castrensium reprehendisse, dum vult quod bona fides oritur ex iniusto errore, in terminis huius textus noviter declaratur.*
- 102 *Putans emisse in terminis. l. nostra qui dicitur errare in iure.*
- 103 *Non enim nulle sunt qualitates, an hic probetur ut putat Balbus.*
- 104 *Iuris affirmatio ideo similis emptioni, quoniam pretium interuenit.*
- 105 *Que reprobatur, & alia tangitur, & l. eius rei supra de rei vend. declaratur*
- 106 *Gloss. huius legis dividitur*
- 107 *Ratio posita in hac. l. an fuerit Celsi vel Ulpiani probantis sententiam Celsi.*
- 108 *Argumentum de specie ad genus negative non valet, secus de omnibus speciebus*
- 109 *Atoms opinio de titulo pro suo declaratur, & reicitur una cum Bartolo.*
- 110 *Balbus male intellexisse versiculum Bartoli praterea in prima col. positum, & eius verus sensus declaratur nu. 111.*
- 112 *Intellectum ad l. nostram, & opinionem antiquorum confutatam.*
- 113 *L. quod vulgo infra pro tempore, textum l. nostra optime declarat.*
- 114 *In titulo emptiois iustissimus error requiritur secundum comunem opinionem*
- 115 *Que oppugnatur. 116. Noue defenditur.*
- 117 *Quare in contractu emptiois duobus temporibus requiratur bona fides, prater alios declaratur.*
- 118 *Iuustus error qui dicitur*
- 119 *Fides aduersario in quibus adhibenda.*
- 120 *Error tollerabilis qui potest dici iustissimus*
- 121 *L. 2. in §. si a pupillo infra pro emptore, noviter declaratur reiecto intellectu Bartol.*
- 122 *Balbus perperam Bartolum intellexisse.*
- 123 *L. Sed sine putem supra de condit. indeb. noue declaratur.*
- 124 *Regula. l. clauibus supra de contrah. empt. declaratur in quibus procedat*
- 125 *Balbus sibi contrarius.*
- 126 *L. traditionibus. C. de pac. ponderatur & explicatur*
- 127 *L. Clauibus non procedit in translatione domini ficta*
- 128 *Gloss. huius legis in versic. sed cur. ab omnibus pratermissa explicatur hic.*
- 129 *Intellectus Baldi ad l. iniusto in §. filius infra eo. declaratur.*
- 130 *Alius ponitur nouus.*
- 131 *L. si fundum supra de fundo dot. declaratur: & quare possessio plena sufficiat ad domini translationem, secus ad vsucapionem*
- 132 *An possessio amittatur sicut dominium spatio x. annorum.*

- 133 *L. a Diuo Pio in §. si super rebus infra de re iudic. non bene intelligi a Bari. dum pueat ibi tractari de primo decreto, qua aliter declaratur.*
- 134 *L. interdum in §. fin. supra. tit. i. ponderatur contra comencio, & defenditur*
- 135 *Quando venditur res precario possessa, & rursus ab emptore rogatur precario, quare non retineatur. natur. alis a rogante.*
- 136 *Debitor qui possideat pignus respectu usucapionis, & tamen non conuenitur rei vendicatione remissus.*
- 137 *Rogatur precario quomodo dicatur animo non omnino possidere.*
- 138 *L. cum solus infra eo. nouiter declaratur*
- 139 *Ad amissionem possessionis civilis non sufficit animus tantum*
- 140 *Bona fides semper praesumitur, nisi contrarium probetur*
- 141 *Ponderatio ad. l. penul. C. de praesc. long. temp. & eius declaratio*
- 142 *Error iuris parit malam fidem, secus facti*
- 143 *Error iniustus dicitur duplex, & quomodo bonam fidem pariat*
- 144 *Bona fides est duplex, & conciliatur Bartol. & Dinus*
- 145 *Bona fides quomodo sine titulo praesumatur*
- 146 *L. fin. C. unde in multis modis declaratur & ponderatur contra Bartol.*
- 147 *Quod eius intellectus procedat, & quod ibi antiquior possessor existeret.*
- 148 *Ratio quare tertius non possit allegare, Quod tuum non est, de quo in. d. l. fin.*
- 149 *Bona fides appellatur praesumpta, licet nec in assensionis eius qui habere illam dicitur.*
- 150 *Quod omnis actio spatio quadraginta annorum tollatur, non sit correctum de iure Canonico secundum Bartol.*
- 151 *L. si cui & l. cum notissimi. C. de praesc. xxx. vel xxx. annorum sunt correcte a c. final. de praescriptionibus contra Bartol.*
- 152 *Eius opinio magis communiter reiecta, quod nouiter ostenditur num. 153.*
- 154 *Non soluere debitum quomodo dicatur peccatum*
- 155 *Inter praescriptionem rerum corporaliu, & actionum est differentia, & ratio boni publici non viget in utraque*
- 156 *L. Sicut & l. cum notissimi esse correctas nouiter declaratur.*
- 157 *Ius canonicum seruandum in foro civili & contentioso*
- 158 *Mala fides, an praesumatur ex renunciatione tertii*
- 159 *L. si fundum. C. de rei vend. multis modis ponderatur, & declaratur nu. 161.*
- 160 *Dictio si non semper stat conditionaliter*
- 162 *Verus intellectus ad. d. l. si fundum opinioni Bari. conueniens*
- 163 *Quod verba significant, praesumitur quis habere in mentem & declaratio. l. labo supra de suppe. legat.*
- 164 *Quod mala fides praesumatur etiam quando quis dixerit per iocum et ludens scire rem alienam.*
- 165 *Vicini praesumitur scire facta vicini quando procedat & c. quanto de praesumpti. nihil probare quod ad hoc attinet.*
- 166 *Praesumptio vna ab alia trahitur.*
- 167 *Continuatio possessionis probatur per collectionem fructuum & declaratio. l.*

*Tertia infra de solution.*

- 168 Qui semel possidet semper praesumitur si istud asserat & agatur de suo comodo, & declaratio l. siue possidetis. C. de probationibus.
- 169 An procedas in rebus mobilibus, & noua consideratio circa hoc
- 170 Si testis deponat Titium possedisse a x. annis circa, an probet praescriptionem perfectam, nouiter declaratur
- 171 Textus in l. i §. quod autem supra de acqu. plu. arcen. explicatur.
- 172 C. licet causam, de probation. male à Bartol. intellectus nouiter explicatur
- 173 Testis post litem contestatam deponens, quem possedisse x. annos, non probat perfectam praescriptionem, et an in mobilibus procedas.
- 174 Ratio differentia inter mobilia & immobilia declaratur.
- 175 Dicitio ultra cum sit incerta, nihil in teste operatur an verum sit.
- 176 L. cum furti supra de in litem iur. aliter declaratur quàm per Bartol.
- 177 Testis deponens quem possedisse x. annos, non declarando quo tempore finitos, non probat praescriptionem perfecte, ex quo non est clarum de quibus annis intellexerit
- 178 Ista opinio etsi caucior sit, tamen disputando potest facile reuici.
- 179 Circa istam conclusionem auctor nonnulla considerat
- 180 Quod sufficit testem dicere per x. annos, licet non addat continuos.
- 181 Quod res non sit viuisa non est requisitum vsucapion.



236

PETRI ANTONII

ANSELMII FLORENTINI  
IN PISANO GYMNASIO

IUS CIVILE PRO-  
FITENTIS.

Commentaria in. l. Celsus. ff. de vsucap.



Elsus libro xxxiiii. ad Sabinum, er-  
rare eos ait qui existimarent cuius  
rei quisque bona fide adeptus sit  
possessionem, pro suo vsucapere  
eum posse: & nihil referre, emerit  
nec ne, an ei donatum sit, necne: si

modo emptum vel donatum sibi existimauerit: quia  
neque prolegato neque pro dote vsucapio valet, si  
nulla donatio, nulla dos, nullumque legatum sit.  
Idem & in litis aestimatione placet, vt nisi verè quis  
litis aestimationem subierit vsucapere non possit.

IN hac lege interpretanda, colus modo verba audiuiſtis præter illa  
quæ iureconſultus Vlpianus. Accurs. Bartol. & cæteri interpretes hic  
pertractant, ad titulũ traditionem bonam fidem & possessionem  
eiusque continuationem pertinentia, ex quibus ipsa vsucapio constat  
vt tradit P. Castrenſis hic in extrema parte suorum cõmentariorum:  
Proposui ego quoque mihi nonnulla vobis examinare Nobilissimi  
iuvenes, ad hanc materiam perfecte intelligendam necessaria, vt his  
cognitis integer & veluti quidam absolutus habeatũ tractatus vsu-  
capiõis. De qua etiã complures doctissimi viri scripserunt, tum ex an-  
tiquis tum etiam ex recentioribus; nihilominus futurum confido fre-  
tus auxilio D. O. M. plura me declaraturum quæ partim non fue-  
runt ab istis tacta, partim minus diligenter explanata. Seruabo autem  
hunc ordinem

Primum inuestigabo quid sit vsucapio, quo iurè inuenta & qua de  
causa quoruplexque sit; & quis effectus inde oriatur: Deinde ad tex-  
tum legis nostræ accedam. Postremo ad commentaria Bartoli ad

gredias, cuius viam & methodum semper custodiam in examinandis aliorum dictis. Et hæc omnia præstabo, in primis consulendo breuitati, & nihil prætermittendo, quod ad vestram utilitatem pertinere mihi fuerit visum.

Quæro igitur primo quid sit ipsa usucapio, & respond. quod eius definitio ponitur in l. 3. supra eo. tit. quam quidem ego declarabo, & examinabo, referendo primum aliquot oppositiones, quæ contra eam formantur, deinde eas confutabo; habita ratione subiectæ materiæ, quæ exquisitas & vndique absolutas definitiones non admittit vt doctissime tradit Cagnolus in l. omnis definitio infra de reg. iur.

Primo ergo opponit Castrensis in d. l. 3. quod sit defectiua, videlicet in titulo qui cum in ea sit necessarius vt hic in textu nostro habetur, & in l. nullo. C. de rei vendic. tamen nullum verbum ibi de eo fit ergo mala. l. i. §. dolam supra de dol. cum vulgaribus.

Secundo quoniam non est acquisitio, ipsa usucapio, sed potius effectus ipsius usucapionis, per quam acquiritur seu adicitur nobis dominium. I. traditionibus. C. de pactis, ergo non bona, nam per effectum definitio non debet tradi, vulgata doctrina Barto. in Rubr. infra de appellat. Illis oppositionibus, & argumentis Paulus non respondet, sed tantum aliam definitionem tradit vt per eum ibi, ad quem vos reuicio nunc, nec aliter hic refero. Nec obstat si quis diceret, quod eius obices iureconsultum reprehendunt, quod certe facere est nefas, vt habetur in prohemio sffrum. & in l. ii. C. de vet. iu. enucl. Quoniam pu

to ego esse animaduertendum quod propositum Pau. Castrensi istud forte non fuerit sed tantum voluit ipse dicere ipsum iureconsultum sibi non proposuisse definire proprie, sed abusive & largo modo describere iuxta doctrinam Cagnol. in d. l. omnis definitio nu. 7. quare non

statim infertur quod iurecons. male locutus sit, cum actus agentium non debeat operari aliquid præter eorum voluntatem. I. non omnis supra si cer. pet. Igitur laborandum est & diligenter videndum, an possit ista definitio defendi ab impugnationibus Castrensis: namq; cum sit obscurum an fuerit propositum iureconsulto definire nec ne, potius est in dubitatione ista credendum contrarium, videlicet quod in animo definire, & non abusive describere, vt est clarissimi iuris, & Cagnolus tradit in d. l. omnis proxime citata. Ideo pu to esse animaduertendum, quoniam iurecons. etsi videatur velle, quod vbi est longa possessio, ibi reperiat perfectam usucapio: quod secundum cornicem verborum, posset videri verificatum in simplici & naturali retentione seu possessione, & sic esset falsum, quoniam alia præter istud, sunt necessaria ut hic notat: & infra suo loco latius dicetur: tamen illud verbum

possessionis positum in definitione aliter credo explicandum & accipiendum esse in proposita facti specie, videlicet non solum pro ciuili possessione quæ requiritur in usucapione secundam glos. in l. i. C. de

ser. fugit. cōmuniter hic receptam & probatam scribentibus vt infra erit manifestum suo loco. sed etiam apta ad vsucapiendum, id est cōtinente titulum, & bonā fidem præcedentem: & sic verbū istud possessionis cum effectu sit accipiendum sicut alibi sæpissime reperitur. Bartol. in. l. qui concubinam §. cum ita supra de leg. 3. & in. l. i. §. hæc autem supra quod quisq; iuris. Et ita ipsam definitionem intelligendo excluditur fructuarius, & creditor quorum licet alter naturaliter alter verò ciuilitè possideat. l. naturaliter supra titu. i. l. serui nomine supra eo. tit. tamen neuter vsucapit. l. acquiritur §. fin. supra tit. 2. l. i. §. per seruum corporaliter supra tit. i. & hæc est solutio quam in effectu & re ipsa tradit Oldendorpius in tractatu, quem contexit de vsucapionibus non tamen ita explicando, vt nuper modo feci vobis.

Quæ potest etiam iuari ex eis quæ traduntur add. in definitione testamenti ad verbum illud iusta ibi positum, in. l. i. supra de testam. Et in libello cuius verba, cum possint duobus modis accipi, potius explicantur & intelliguntur, vt eius intentio sustineatur & consistat. l. sed si in §. item si supra de iure iur. Secundo potest responderi quod iure recon. non dicat quidd ex continuatione possessionis, quaratur dominium, & sic paretur & perficiatur vsucapio: sed tantum affirmet esse illam acquisitionem, quæ sit ex continuatione possessionis & c. quare cum in ea, continuatione sint alia requisita, vt modo vidimus, ad ea & secundum ea, dicta possessio est referenda, & intelligenda argumento. l. asse toto supra de heredib. insit.

Quæ responsiones procedunt & possunt subsistere quod ad primam oppositionem attinet, sed tamen ex his non tollitur secunda difficultas Castrensis, quoniam per hæc non probatur iureconsultum posuisse substantiam rei definitæ. sicut debet. etenim applicatio iam tradita potius modum quendam, quo perficitur seu effectum nobis ostendit, quàm causam, contra iuris clarissimi dispositionem, vt supra. Huic difficultati posset responderi ex distinctione doctissimi Cagnoli in. d. l. omnis definitio, dum declarat doctrinã Bartoli in rub. infra de appellat. qui distinguit effectum statim orientem seu immediatum, ab eo qui nascitur ex intervallo, vt per eū, ad quæ uos reuicio. Sed tamen præter alios cogitare vos volo an possit etiam responderi quod immo ponatur causa & substantia vsucapionis, & non tantum effectus in illis verbis per continuationem possessionis, quæ ostendit in quo consistat, & vnde proficiatur. ipsa vsucapio; & ita non tantum effectus erit positus, sed essentia quoq; quem intellexim ita cōprobare & ad iuari posse credo, videlicet ponderando verbum vsucapionem, quod est nomen verbale, vt patet, deductum enim est ab vsu capere ut planum est quoq; pueris. Sed uerbalia nomina habent huiusmodi naturam, ut actum significant & quidem sæpe iteratum & frequentatum, ut est de hoc doctrina Bartol. in. l. mariti infra ad. l.

Iuli. de adulter. & in l. legatis supra de leg. iii. Igitur stante hoc, vt sit vsucapio necesse est quod sequatur seu potius præcedat continuatio possessionis, aliter enim actus non erit, & sic non seruetur naturam suam nomen vsucapio, si continuatio, ergo & acquisitio, quoniam nõ quælibet sufficit, sed ea quæ legibus difinitur vt dicitur ibi. Si acquisitio, patet quod non erit effectus vsucapionis, ipsa acquisitio, vt voluit Castrensis, ex quo non potest ab ea separari, & ipsa tunc demum prodeat in lucem & suum habeat esse quando acquiritur. Cogitate tamen quoniam est noua consideratio, a nemine, quem ego. vide- rim tacta.

Tertia oppositio seu difficultas oritur ex traditis a gloss. in l. 3. supra eo. propter verbum acquisitio. namque minimè videtur istud posse aliquo modo procedere. quod probatur ita. quoniam sequeretur, quod quemadmodum ex pluribus causis efficitur vsucapio. declaran- do, vt facit Barto. ibi videlicet titulo bonafide & c. Ita & dominium ac- quireretur, quod tamen est falsum. l. 3. §. ex pluribus supra tit. primo. Gloss. timore huius difficultatis exponit id est causam acquisitionis, & aduertendum est diligenter quoniam ista est valde subtilis dubita- tio, & Accurs. doctè quidem, sed tamen obscure loquitur. voluit enim dicere gloss. quod si accipiamus acquisitionem pro causa acquisitio- nis, nõ erit nobis impedimento. d. §. ex pluribus. Nam \* dominium

7 acquirere possumus ex pluribus causis, & hoc nemo negare potest, in- telligendo de remotis videlicet, quod ex traditione ex donatione ex occupatione & c. transferri potest, vt est planum & exploratum per iu- ra vulgaria, sed tamen postea non efficitur domini nisi vnica quæ est proxima, & immediata, ex qua contigit nobis dominium.

8 Ita exponit gloss. cuius declaratio recipitur ibi à Barto. & Castrensi & videtur probata plerisque, ex qua colligitur differentia inter domi- nium & usucapionem. Sed tamen considerandum vterius est. Nam ista differentia non videtur consistere \* quoniam sicut vsucapio ab ini- tio potest acquiri & perfici pluribus causis, id est titulis videlicet vel pro emptore vel pro donato & c. & tamen ex vnica tantum causa im- mediata istud fit: ita & in domini acquisitione ex pluribus causis pos- sumus acquirere, puta aut ex traditione, aut occupatione & c. licet po- stea domini dicamur facti tantum vnica causa, cum res aliqua nostra semel effecta amplius nobis quæri non possit. l. non ut ex pluribus in- fra de regu. iu. Et ita procedit. d. §. ex pluribus ibi Dominium contingere. Nec ad rem pertinet quod in usucapione causæ proximæ plu- res interueniant, videlicet titulus bonafides & cætera requisita. Nam ego respondeo, quod ista omnes habentur pro vnica tantum, ex quo simul concurrunt & quelibet per se non sufficit, ut patet etiam in cau- sa proxima acquisitionis domini, in qua plura possunt concurrere quæ pro uno haberentur veluti in specificatione, in qua bona fides etiam

etiam requiritur & alia de quibus in l. adeo supra titu. 2. & in §. cum ex aliena Instit. de rer. diuisione, facit text. in l. i. supra de autor. tutor. & quod dicitur de uniuersitate, quæ cum pluribus cõficiatur, tamen unica tantum dicitur, vt habetur notat. in Rubr. supra quod cuiusq; uniu. & in l. si græge supra de leg. 3.

Et hæc non sunt præter mentem gloss. in d. §. ex pluribus si ipsa subtiliter ponderetur atque animaduertatur.

Secundo principaliter quæro quo iure & qua de causa sit introducta usucapio: & respondetur quod de iure ciuili contra æquitatem naturalem, & propter bonum publicum ne dominia rerum sint incerta, ut probatur Instit. eo. tit. & in l. i. supra eo. ubi Accors. tradit.

In ista secunda quaestione principali. 4. erunt accessorie nobis examinandæ & discutiendæ dubitationes, quæ in ea continentur, ut perspicitur ex iis, quæ supra ibi princ. fuerunt præmissa, nu. i.

Cõtra igitur primam quod non sit de iure ciuili præter ea quæ Ioã. Andreas tradit in c. possessor. pondero ego. l. unic. C. eo. titulo iunctis notat. a gloss. i. Instit. in princip. eod. tit. ubi dicitur quod a l. xii. tabularum usucapio perficiebatur per spatium biennii, & unius anni: cõsidero ego si dicamus quod antea non fuerit inducitur usucapio ab aliis nantionibus, nimis durum fuisset, quod l. xii. tabularum spoliaret dominum re sua, tam breui tempore nec integritati & simplicitati illius seculi, conueniret: quod iustitiam & æquitatem maximè colebar ut est uulgatum & tritum apud omnes.

Secundo pro ista eadem opinione potest adduci id, quod legitur apud multos autores & præcipue M<sup>o</sup> Tullium Cicëronem in libro 2. de legib. ubi refert Solonem locutum olim, fuisse de usucapione, ex quibus posset suaderi quod usucapio ante l. xii. tabularum, & sic ius ciuile esset induta atque usurpata, quoniam ante l. xii. tabularum, nullum aliud ius Romæ uideretur inducitur ut colligi potest ex progressu eius, de quo meminit Caius iur. cons. in l. secunda supra de orig. iur.

Et ita sustinendo & disputando posset responderi, quod textus in princ. in l. i. h. eod. intelligi debet respectu temporis in ea præstituti, unius uidelicet anni, & biennii, & ita uerba illa iure ciuili accipienda uidentur esse, & posse, ut patet ex inspectione illius textus, namq; est periodus & quidem longiuscula, quæ extenditur usq; ibi. Is eam & sic respectu formæ ut sic dixerim, non inuentionis, sicut dicitur de aliis multis in l. ex hoc iure supra de iust. & iur. & Instit. de testam.

Tuendo tamen contrariam opinionem plerisq; probatam, ut apud Balb. hic & in suo tractatu patet. Respondeo argumentis & obiectis, & dico primum distinguendum esse, quoniam aliud est aliquam

dispositionem ortam esse ex mente iuris gentium, aliud quod sit inducitur ab eo, ita quod ea sit tribuenda, & hoc modo posset confutari, quæ tradit Ioann. Andreas in d. c. possessor.

- Ad secundum dicerem faciendo assumptum, sed negando consequen-  
 13 tiam, et enim non valet dicere ante l. xii. tabul. v. furpabatur, ergo de  
 iure gentium, vt patent exempla apud Græcos, à quibus Romani ac-  
 ceperunt multa, quæ tamen dicuntur de iure civili, vt notat. in l. ex  
 hoc iure supra de iustit. & iur. Nec istud intelligo per approbationē  
 iuxta illam regulam, meritis nostris facimus, quibus auctoritatem no-  
 14 stram impartimur. l. ii. C. de veter. iur. enucl. Nam requiritur vt dica-  
 tur iuris gentium esse seruatum apud omnes gentes vel plerosque,  
 & naturali ratione inducitur argum. §. quod verò naturale iustit. de  
 iur. natur. & in §. sed ius civile eod. tit. & potest adduci exemplum de  
 patria potestate, quam sibi ius civile adscribit, vt Instit. de pat. potest.  
 15 & tamen Solon Athenis illam introduxisse videtur, sicut memoriam  
 prodidit Dicit archus quidam, quem refert Hispanus ille qui suis in-  
 stitutis optimum principem informauit, dum sapiensissimus ille le-  
 gislator controuersiam illam inter patrem & filium ortam, sententia  
 lata diremit, *οὐδὲν ἄλλο ἔστι νόμος ἢ τὸ κοινὸν* q. uoluntatis est iuris est. A  
 Præterea succunt leges Romani, quarum meminit quidam Pardu-  
 phus, qui a statum veteris iuris prudentia seu potius catalogum  
 quendam confecit, & tamen nondum illo tempore xii. tabulæ fuerant  
 Athenis Romam allatæ, vt colligitur ex eadem. l. 2. supra de origi. iur.  
 Secunda sequitur dubitatio an contra æquitatem naturalem sit in-  
 16 ducta vsucapio, quod Accur. opinatus est supra in l. huiusce tituli  
 nostri, & in l. i. de iust. & iure. Dinius. d. possessor. Angei. in l. sequi-  
 tur. §. si viam infra eod. Bartol. Castrensis. Amol. hic, & plures alii quos  
 refert Felinus in Rubr. extra de prescript. & in consuetudinibus huic  
 Quæ opinio primo nititur in illam regulam. Iure naturæ, & l. nam  
 hoc natura supra de condit. indeb.  
 Secundo, in l. id quod nostrum infra, de reg. iur. quæ sunt vulgata.  
 Contraria opinio tamen fuit Ioan. Andreæ in d. c. possessor quod im-  
 mo ex æquitate descendat ipsa vsucapio, quam sequitur Abb. Panom-  
 miranus in Rubr. extra de prescript. & communem appellat Balbus  
 hic in 3. col. & Cagnol. refert in d. l. iure naturæ de regu. iur. Pro qua  
 sententia Ioan. Andr. multa subtiliter more suo considerat atque per-  
 pendit, qui valde doctè loquitur vt apud ipsum patet, loco nuper ci-  
 tato, ad quem me refero.  
 Primo ergo potest adduci textus in l. i. supra eo, vbi habetur tradi-  
 tum a iure cons. quod bono publico est inducta vsucapio: cuius inter  
 17 est vt quiete, & tranquille viuatur, c. quod circa. de constitution. vbi  
 notat. quod certè quadrat mirificè & maximè conuenit iuris natura-  
 lis præceptis secundum quod vnusquisque debet scire, & cognoscere  
 res suas, neque de hoc perpetuo esse anxius, & sollicitus §. ius autem  
 gentium vbi Claudius Cantiuncula copiose tradit in sua paraphrasi  
 Institut. de iure naturali: quod iuuatur etiam ex eis, quæ ipse Baldus  
 notauit

- notavit in §. Si quis per xxx. Annos, si de feud. fuerit coherou.
- 18 Secundo quoniam ab ea inferitur poena negligentibus, & finis litibus, & controuersis imponitur. l. fin. infra pro soluto quod certe iuri naturali maxime conuenit, vt patet.
- 19 Tertio quod res humanae propter vsucapionem augentur & in meliori statu consistuntur quod inde probari potest, nam sine ea negligenter propter incertitudinem dominiorum, & quia ille amor, quem in nos proprietates gignit teste Aristotele libro 2 Politicorum funditus subuerteretur: cum vnusquodque quod communiter possideatur negligi soleat, vt est vulgatum & placitum omnibus. l. i. C. quib. & quan. 4. pars. debet. ergo à contrario sensu efficitur nobis carius & iucundius quando est proprium, sicut conuenit vsuque venit vsucapione introducta. d. l. i. supra eo: Et tenei de ista parte in posset respon deti ad iura; que adducit gloss. multis modis, op. animo r. i. i. l. b.
- 20 Primo potest dici præter alios, illum qui vsucapit non effici locupletationem nisi in quibus casibus subest si uisus lucratiuus, veluti donationis, legatarum & c. secus in aliis titulis onerosis, in quibus abesse pretium quod loco rei succedere solet. l. p. supra de heredi. vel act. vend. & sic patrimonium eius non dignum auctum & g. l. 3. supra de damn. infec. Id quod videtur cogitasse gloss. licet nullus ita declararet, in hoc fundo. §. quod si mulier supra de iudic. & ad hoc adduco textum in l. sciendum in d. l. seque supra & quibus casibus in i. h. reg. resti. ponderando quod ibi iure cons. negat dari illa restitutio, quia si dicitur, & postea in l. sequenti prohibet procedere illud que limitat in vsucapione, ergo ibi lucrum non versatur, facit etiam. l. p. ult. C. de long. temp. præscripte.
- Secundo potest respond. quod quæquæ verum sit ipsum immo effici locupletationem cum aliena iactura, tamen ex hoc non facim sequi quod sit contra æquitatem vsucapio, ex qua alia bona & illa quidem maxima manant, deducendo & declarando ut supra modo feci, simmo contrarium potius suadet & probari, cum bona ista ex vsucapio
- 21 ne orientia præponderare uideantur illi inconuenienti de locupletatione argum. l. quaritur de stat. homin. facit quod de petitione hereditatis dicitur supra in Rub. si ceti. per. ubi præcipue Curtius Junior per textum in l. hereditatis petitione. C. de peti. hered. & in l. d. si. l. §. petitio supra de peti. hered. & de usufructu qui est seruitus personalis appelletur à iure con. in l. i. supra de seruitutib. tamen ad ipsum adipiscendum datur actio realis. l. usufructus. §. i. supra si usus. petas, & ratio horum omnium redditur, quoniam persona est potentior, ut supra locis proximè citatis.
- 22 Ad alia respondetur per l. alienationis uerbo infra de uerbo. signifi. Et ita credo quod posset disputando sustineri & defendi opinio Ioann. Andr.

Sed tenendo contrariam sententiam, quæ recipitur etiam a Bartol. & Baldo in l. i. C. de præscrip. 30. vel. 40. non dum facentur, quod præ-  
 scriptionis dicatur iniquum præsidium & nonnulli alii in l. i. supra  
 de iustit. & iur.

Pro ea dici potest, fundamenta adducta per Accursi adhuc firmiter  
 consistere in concussa. nam primum sublatam minimè videtur, quod  
 nam ad considerationem meam replicari potest, quod locupletior  
 usufrucapiens imò dicitur factus respectu saltem domini, quod cetera an  
 tea ipse minimè habebat, & licet pretiū ei absit, tamen censetur ipse  
 23 magis interesse rem habere propter affectionem totò vit. supra de iu-  
 litem iur. & sic si dominus ista ratione potest dici pauperior, ergo &  
 ipse usufrucapiens locupletior per regulam correlatiuorum l. fin. C. de  
 indic. viduit. toll. & alia iura vulgaria. Et ita loquuntur & intelligen-  
 da sunt iura omnia, quæ de emptione faciunt mentionem sine aliqua  
 controuersia.

14 Aliud etiam sublatum non est quoniam per consensum illi fidum  
 qui inducitur à l. alienationis verbo non possumus negare quin sit  
 derogatum æquitati naturali, quæ prohibet rem. a nobis auferri sine  
 expresso facto nostro, & dum lex fingit quod præsumatur seu fingi-  
 tur consentire, est iniquitas respectu illius regulæ, ad quam respicit

25 sententia Accursi, qui ita debet intelligi, l. non solum §. liberationis  
 supra de libe. le. 2. ubi Bartol. & considerationes Ioann. Andr. non  
 probant quod hæc ratio huius regulæ, non sit ei constata factum &  
 derogatum, sed tantum ostendunt quare sit inducta usufrucapio, & fa-  
 teor ego quæque ipsam aliqua bona continere per d. rationes, quæ  
 adduxit Ioan. Andreas sine quibus fuisset penitus iniqua ipsa usufru-  
 capio, & omnino reiicienda, sed nego tamen quod per hoc non sit déro-  
 gatum. d. regulæ. l. nam hoc, & l. id quod nostrum.

Facit & adduci potest quod vulgo usurpatur, quod nullum sit ma-  
 lum, ex quo aliquid non oriatur tamen boni; sed maiori parte inspe-  
 cta & eo quod præponderat censere debemus. l. quæritur supra de  
 stat. hom. l. 2 §. Quintus. C. de veter. iur. enucl. Socinus Iunior in rubi-  
 12 de leg. 2. Et sic concludendum esse existimo quod licet bona plura  
 contineat in se usufrucapio, tamen habita ratione illius regulæ. de qua

26 loquitur Accursi. dici potest contra æquitatem  
 Tertia erat dubitatio circa causam, an videlicet propter bonum pu-  
 blicum usufrucapio manuerit; sicut videtur velle iure consens. d. l. su-  
 pra eo. cuius verba interpretatur Accursi id est ad utilitatem omnium  
 communem quam sententiam, & expositionem magis frequenter ad  
 mittunt scribentes hic.

Sed tamen obstat & mirifice ei aduersatur, quoniam imò priuata  
 utilitas versari videtur, quod patet, etenim ad eos pertinet, qui usufru-  
 ciunt, ergo non publica, quæ dicitur quoties aliquod emolumentum  
 respicit

ff. de vsucapion.

respicit plures vniuersaliter. §. flumina iunctis præcedentibus Instit. de rer. diuis & not. Bartol. in. l. i. supra solut. mat.

27 Respondeatis quicquid dicant alii quod ista utilitas priuata, non consideratur principaliter, etsi Bartol. in. l. i. versu. Quædam est præscriptio supra eo. videatur velle contrarium; sed in consequentiam sicut probatur in. d. l. i. in primis verbis ibi Bono publico & c. & ibi cū sufficeret & c. declarando ea vt feci, in explicatione thematis sicut enā ponderauit Bartol. in. l. nemo potest supra de leg. i. Nam principaliter habetur ibi præ oculis ne dominia rerum essent incerta, & quod lites finirentur. l. fina. infra pro soluto, & hac de causa dixit ibi Bono publico & c.

28 Et quod non possit considerari principaliter utilitas priuata & in consequentiam publica, vt nonnulli volunt in Rubi. & l. i. supra eod. & in. d. l. nemo potest, præter alios probata. Nam priuatim considerando versatur etiam damnum respectu domini, qui re sua priuarur, vt patet, & ad hoc facit doctrina Bartol. in. d. l. i. supra solu. matri. in secundo membro suæ distinctionis.

Et sic non obstat. d. §. flumina, & doctrina Barto. nuper citata in primo membro. Nam respondetur quod hic non fuit ita considerata, vt supra fuit conclusum, quoniam potius esset damnosa quàm fructum aliquem afferret.

Vel secundo respondeatis quod immo etiam priuata utilitas potest considerari scilicet in particulari, habita quoque ratione domini, qui cum posset paulo post effici vsucaptor in alia facti specie, potest dici ei quoque non inuile, vt contra ipsum admittatur vsucapio, cum possit contingere vt in eius quoque fauorem procedat, & ita considerando defendi potest gloss. dum dixit omnium.

29 Circa id tamen sunt iuuenes admonendi, ne decipiantur, vt semper aduertant ad illud, quod principaliter in iure respicitur, quando volunt aliquid censere. nam nulla pene dispositio actusue reperitur quæ simplex sit, & in se non contineat diuersas qualitates, vt eleganter & docte Bartol. in. l. qui exceptionem supra de condit. indebiti, ad quem debemus accedere.

30 Vltima est dubitatio, circa illa verba, ne dominia rerum sint incerta quæ multis modis explicantur a Baldo & Alberico, & aliis, vt nouissime tradit Iason in princ. Instit. eod. tit. qui affirmat habere hunc sensum reprobata expositione istorum, qui intelligebant propter difficultatem probandi dominii, de quo gloss. in. l. cum res. C. de probatio & Bart. in. l. 3. supra eod. videlicet quoniam nisi fuisset vsucapio, nunquam esset certus ille, qui rem acceperit aliquo titulo præcedente an esset dominus factus. Quod potest iuari ex illis verbis quarundam rerum diu & fere semper, quæ non videntur posse aprari ad illum intellectum Alberici, ex quo sunt limitata, & non generalia.

31

Et ita considerando ab initio acquiescebam. Et quoniam verba illa  
 Diu & fere, faciebant negotium quod immo absque dubio & absolu-  
 te essent incerta in istis casibus, \* Respondebam esse adiecta à iurecō-  
 32 sult. propter lapsum tanti temporis, cuius memoria non existeret in  
 contrarium, in quo casu abique introductione vsucapionis, dominia  
 essent certa, ex quo non posset aliter probari contrarium saltem iuris  
 censura. Quæ expositio, non mihi nunc vltius cogitanti, satisfacit.  
 Nam falsum est quod non possit fieri probatio per testes & instrumen-  
 33 ta etiam in casu isto. Quare \* dico quod expositio respectu probatio-  
 nis dominii, quod magna est difficultas probare magis est recipien-  
 da. Nam etiam si intelligatur vt Ias. credidit, tamen in effectu proba-  
 tur dominium, & huic intellectui quadrant illa verba incerta. q. d. <sup>2x</sup>  
 non possent probari.

Quare ita est facienda expositio, & postea exempla sunt afferenda  
 vt facit Iason, cuius declaratio non discrepat ab alia, sed potius exem-  
 plum eius affert vt patet. Et aduertendum est quod ego non intelligo  
 de probatione quæ de iure gentium fit, de qua per Bart. in d. l. 3. Nam  
 princ. Inst. eo. repugnat, & loquitur tantum in rebus acceptis ex illis  
 titulis; sed de illa quæ fit de iure ciuili, & est ratio vt dixi quoniã cen-  
 setur inconueniens rerum dominia esse suspensa, propter curam earũ,  
 quæ non suscipitur dd. iuribus supra adductis, Dicatis ergo incerta id  
 est quo ad nos.

Sed tamen adhuc obstant illa verba diu, & fere semper, referendo  
 ad precedens relatiuum quarumdam vt debet fieri vt iura sunt vulga-  
 ria gloss. in §. æque Instit. de actio.

Et certe non declaratur ista difficultas ab aliquo interprete, quem  
 Ego viderim. Ego autem dicerem hoc modo \* quod iureconf. cautè  
 34 dicat ita, quoniam voluerit temperate, & non absolute dicere sem-  
 per, forte propter bella ex quibus res efficiuntur capientium, & sic  
 certa dominia redduntur, si res traditæ in illis casibus essent postea ca-  
 ptæ. l. adeo supra tit. 2. §. item ea quæ ex hostibus Insti. de re diuis. Item  
 si haberentur pro derelicto, propter vim pestis & postea occuparetur.  
 d. l. adeo cum similibus. Sed rursus alia suboritur difficultas, quo-  
 niam potest istud contingere paulo post traditionem, & tamen iurisc.  
 vult quod multum temporis labatur dicendo diu. Respõdeatis quod  
 potest contingere statim, sed tamen non ita frequenter istud vsu venit  
 & sic secundum magis communiter accidentia loquitur. l. singularia  
 vbi not. si cert. petat. l. certi conditio §. pen. eo. titulo.

Tertia est principalis quæstio quotuplex sit vsucapio. Respon-  
 35 dunt, quod triplex, fauorabilis tantum, mista, & odiosa \* Fauora-  
 bilis dicitur rerum mobilium, & proprie dicitur vsucapio, & confici-  
 tur spatio triennii, mista rerum immobilium x. vel xx. annorum, & di-  
 citur proprie præscriptio, odiosa, quæ 30. vel 40. ann. requirit. Ita gl.  
 in. l. 3.

in. l. 3. vbi Bartol. supra eo. & in. l. fi. C. de Edic. Di. Ad. toll. Dinus in. c. possessor, de reg. iu. lib. vi. Bart. in. l. i. supra eod. Denique Gratianus in. c. placuit xvi. q. 3. vbi gloss. in quibus locis ostenditur etiam qua de causa ista distinctio tradatur vbi vnusquisq. per se videre potest, locus enim est notissimus. sunt igitur hic duo examinanda primo an derur vsucapio odiosa, secundo an proprie loquendo referatur ad mobilia tantum, vt est communis opinio modo relata.

Ad primum aduertendum est, quoniam Oldendor. in suo tractatu de vsucap. in. v. eolum putat quod omnis vsucapio sit indistincte fauorabilis deducendo ita \* nam supra fuit conclusum, quod vsucapio est ob bonum publicum principaliter introducta, declarando vti ibi feci ergo fauorabilis. Quod clarius probatur ita, quicquid communiter prodest, summo fauore dignum censetur, sed vsucapio est talis ergo & t. Maior probatur per. l. i. §. v. l. C. de cad. toll. & §. i. authen. de here. & falc. & in. l. i. supra solu. mat. Minor autem est clara per. l. i. supra eod. & l. si iossa pro suo.

Quibus non obstantibus cogitabam ego an communis, posset sustineri, & ita considerando primo, quoniam maior non satis subsistit. Nam publice interest ergo, fauorabilis, negatur quoniam omnes, leges continere dicuntur publicam utilitatem, habent enim scopum hunc vniuersi, vt d. priu. aut. de hered. & falcid. Et tamen multe dicuntur odiosae, vt est in Maced. Senatusconf. l. tam & si supra ad Maced. l. qui exceptionem. de cond. ind. Item vt delicta puniantur publice interest. l. idem Neratius supra ad. l. Aquil. & tamen pena sunt odiosae, & melius est nocentem absolui quam innocentem puniri. l. fauorabiliores infra de reg. iu. cum vulgaribus.

Sed tamen vrget adhuc contra communem, quoniam supra fuit conclusum, quod principaliter in fauorem publicum vsucapio fuit induta, quae opinio si est vera non uideo, quomodo possit communis distinctio vsucapionum saluari, quae non impugnatur per fundamentum Oldend. nam iura per eum adducta non loquuntur in inductis fauore publico principaliter, ut patet, sed secundario. Quare t dice rem ego disputando & comunem defendendo, quod illud quod dicitur publice interesse est fauore dignum, intelligitur verum, quando aliqua particularis est considerata utilitas a legislatoribus ut in Velleiano Senatusconf. in quo fauetur mulieribus. d. l. qui exceptionem & l. i. ad Velleia, Sed in vsucapione nulla l. reperitur, quae probet eam esse inductam, aut propter utilitatem particulariter consideratam vsucapientium, aut propter odium non petentium, loquendo de usu capione longi temporis, ut procedit dicta. l. i. nam iure ff. erat incognita praescriptio longissimi temporis, ut gloss. not. in. l. qui occidit supra ad. l. Aquil. & Balb. hic sexta colum. Vnde inferitur quod quando utilitas vel damnum in particulari non est consideratum, debeat aliunt

de cenferi, an fit fauorabilis, uel odiofa d. difpofitio, fed in ufucapio-  
 ne fic eft quod licet res auferatur contra æquitatem naturalem domi-  
 no, declarando ut feci fupra non tamen in hoc cenfetur odiofa, fi nõ  
 poffit confiderari aliquod odium negligentie non petentis, in iure  
 approbatum, ficut non confideratur in triennali, ut per doctores fu-  
 pra in locis adductis. Sed in decennali eft fecus ut ibi declaratur. Et  
 licet eorum confideratio reprobetur a Decio in l. traditionibus. C.  
 40 de pac. nu. x. & etiam iure aliquo expreffo non uideatur probari tamen  
 fultinendo communem dicendum eft, quod probetur per ra-  
 tiones, quæ non repugnant noftris regulis iuris immo conueniunt, &  
 patet quoniam in multis cenfentur ufucapiones tanquam odiofæ, ut  
 in numeratione temporis ut patet ex iam adductis & in l. nunquã. §.  
 2. infra eodem.

In præfcriptione autem longiffimi temporis, communis eft indubi-  
 tata, minime obftatibus illis quæ Oldendor. tradit quoniam. l. i. fupra  
 eo non loquitur de ifta præfcriptione, ut communiter tenetur hic te-  
 fte Balbo nuper citato.

Et uidetur probari per l. unic. C. de ufucap. transf. & inflit. eod. con-  
 fiderando quod eorum cõpilatio fuit edita poft libros. ff. ut habe-  
 tur in prohem. Inflit.

Nec obftat quod ratio eadem militet, ut uult Oldendor. quoniam re-  
 41 fpondetur quod immo non militat, ex quo fine bona fide & aliis re-  
 quifitis procedit, ut locis fupra adductis, & dicitur odiofa, ex quo ne-  
 gligentia confideratur, ut probari uidetur in l. fi. C. de ann. except. &  
 in auth. de Ecl. Roma. §. i. ubi præfidium iniquum appellatur. Illud  
 tamen hic fentio prætere nolo, circa l. fi. C. de ann. exc. Nam ille  
 tex. non dicit quod exceptiones cognofcantur ex hoc, quoniam com-  
 petant contra defides, ut uidentur intelligere communiter doctores,  
 Nam fi iftud efferet uerum, probaret quod ufucapio triennalis efferet  
 quoque odiofa, nam ibi loquitur de exceptione annali, quæ fi diceret  
 tur odiofa propter defidiam, multo magis triennalis ufucapio, ubi ma-  
 ior interuenit negligentia fentus ergo eft quod exceptio odiofa op-  
 42 ponitur contra defides non contra eos, qui clamauerint fuum debito-  
 rem fibi obnoxium. Nec obftat quod ibi dicatur odiofa exceptio an-  
 nalis, ergo multo magis ifta. Nam ego refpondeo quod non ualet cõ-  
 fequentia, cum ibi fit alia ratio uidelicet temporis à iure præftituti ex-  
 preffe, in quo tenebatur petere, fecus hic. Probare tamen ille textus  
 potest in alio uidelicet quoniam ficut ibi negligentia punitur, ita de-  
 beat in aliis locis & fic in cafu ifto haberi odio argum. Illud fupra  
 ad l. Aquil. & l. non poffunt fupra de legib.

Aliud erat quod ufucapio proprie ad mobilia referebatur quæ cõ-  
 42 clufio eft etiam communis ut fupra & omiffis leuioribus potest pro-  
 bari 4. fundamentis. Primo per l. ii. C. in quib. ca. celf. long. temp. præ-  
 fcr-

scr. dum inquit imperator quod de prescriptione non potest tractari in serui proprietate, & sic in re mobili.

Secundo adduco Rubricam Inst. eod. ii. modis ponderando eius verba. primo quatenus ponitur ibi copula et, quæ cadit inter diuersa; vt per gloss. & Bart. in Rub. supra de iur. & fac. ign. ergo differentia de bet constitui inter vsucapionem, & prescriptionem longi temporis quæ nulla videtur posse consistere, nisi in hoc. Secundo pondero

44\* quatenus ibi inquit longi temporis prescriptio: quod cum ad x. annos referatur vt probatur in princ. lilius titul. & in. c. placuit xvi. q. 3. ergo proprie ad longum tempus, & immobilia pertinet prescriptio, & sic vsucapio ad mobilia debet referri argum. l. cum prætor supra de iudic. Quarto probatur per s. diuina Inst. eo vbi dum imperator extendit prouisionem iam in ductam in prescriptioe longi temporis, ad vsucapionem; manifesto probatur, quod vsucapio ad x. annos & sic ad immobilia non refertur, aliter frustra fieret ibi illa extensio.

Aduersus tamen hanc sententiam insurgit Oldendorpius in suo tractatu de vsucapionib. statim in princ. videns eos, qui eam sequuntur in illos tanquam inuehitur & idem tenet; Quidam Equinarius Baro interpres Gallus vt quidem quodus & valde subtilis in tit. Inst. eod. primo consideratur quod de hoc videtur textus expressus in princ. Inst. eo. tit. in fin. quatenus ibi ponitur verbum vsucapiantur, & refertur ita ad mobilia, sicut ad res immobiles, quod verbum velle intelligere, vt facit gloss. ibi posita, est contempere illum textum, & posset addi pro hac consideratione, quod esset istud diuerso iure censeret interpretando ita vt facit Aco. contra l. eum qui ades infra eo. Secundo probatur secundum istos in titulo nostro vbi in l. quare, & in l. nunquam & in l. furtum verbum vsucapere ad immobilia refertur ergo

45 proprie cum proprietates maxime sumatur ab autoritate probatorum scriptorum sicut sunt iure consult. vt per Bart. in l. omnes populi nu. 79. supra de iur. & iur. Tertio sumendo argumentum ab etymologia seu allusione verbi vsucapere, quod est compositum ex duabus dictionibus, quæ ita in rebus immobilibus sunt impletæ & verificatæ, sicut in mobilibus, etenim scitis per capitur vsu vt patet. Probatur per eandem doctrinam Bart. iu. d. l. omnes populi, & not. in l. i. supra titu. primo, & Inst. eo. tit. Quarto per text. in l. vnica. C. de vsucap. trans. ponderando quod vsucapio biennii ad x. annos extenditur, ergo sicut antea ad res immobiles referebatur & proprie quidem, ita & nunc

46\* quoniam nulla alia est facta correctio argu. l. precipimus. C. de appell. & istud quidem satis vrgere videtur. Et sequendo istorum sententiam ad aduoca pro comuni potest Responderi; primo ad l. ii. C. in quib. cau. cess. long. temp. prescr. quod potius probat contrarium, vt inquit Oldend. tantum abest vt iuuet communem sententiam, & qui

- 47 dem ut eius verbis utar ex diametro. Nam dum ibi tractatur de præscriptione longi temporis & loquitur de re mobili, patet quod potest etiam ad eam referri, & sic quod præscriptio longi temporis non semper ad immobilia duntaxat refertur, sicut nec usufructus ad mobilia & ita cum ista sua consideratione transit. Qua tamen minime obstantem, puto adhuc illum textum probare communem opinionem. Nam admitto ego, quod possit considerari in re mobili præscriptio longi temporis, quod tamen posset negari, etenim ibi sunt verba narrativa hoc respectu posita: Sed tamen non sequitur quod proprie ad ea referatur immo ex illa. l. suadetur contrarium si recte inspiciatur & ponderetur, dum prius facit mentionem usufructus quasi dicat si habemus proprietatem frustra quærimus aliud. Non igitur advertit Oldend. licet alioquin doctissimus quod communis opinio non negat posse ista duo usurpari indistincte, & confundi, non tamen proprie. Manet ergo primum pro communi.

Ad secundum respond. quod differentia quidem est inter ista duo, videlicet usufructum, & præscriptionem, sed tamen in alio manet.

- 49 Nam præscriptio est verbum generalissimum, & pertinet ad omnes exceptiones. l. nihil in prin. supra de in offic. tex. l. qui agnitis, infra de excep. & in rubr. C. de excep. seu præscript. hic autem in materia nostra ad ius excipiendi refertur, usufructus vero ad acquisitionem domini quod probatur ex titulo nostro, qui est relatus inter tractatus acquisitionis domini.

50 Quæ responsio, est ex mente Oldendor. in suo tract. & potest admitti ad primam ponderationem. Sed ad secundam, & sic ad tertium argumentum non placet, neque potest accommodari, quoniam inquit longi temporis præscriptione, & sic expresse iungendo longo tempore probat, quod non accipitur pro iure excipiendi. Et iuuatur ista consideratio, quoniam rubrica illa non conveniret nigro, in quo de exceptione ista non fit mentio, quod certe est absurdum per not. in rubr. supra si cert. pet. Et si quis dicat quod in §. edicto, immo meminit de ea Iustinia, respondeatis, ut dicam in primo fundamento quod statim iaciam pro communi.

- 51 Ad quartum eodem modo respondeatis, quæ responsio non penitus satisfacit, quoniam ibi appellat & quasi interpretatur verbum præscriptionis positum in rubrica: diutinam possessionem ergo non admittenda est alia interpretatio, quæ non quadrat ibi etiam ex alio, nam in fin. opponit usufructum diutinæ possessioni, quæ cum iam probatum sit referri ad decem annos, etiam probatur quod usufructus triennii duntaxat dicitur. Et ita inde colligitur, quod supra dixi ponderando rubricam in 2. argumento pro communi.

Remanet tantum difficultas in confutatione argumentorum quæ contra communem videntur satis urgere: quibus antequam respondeam,

deam, debent iuuenes ad vnum animaduertere videlicet, quod vsucapio est nomen generale, & referri potest etiam ad prescriptionem longi temporis large loquendo, sicut alia multa vt adoptio, & cognatio, quod clarum est & vulgatum, & istud colligitur ex iam præmissis.

Quare patet latius quam verbum prescriptionis in hac materia loquendo, & ita voluit Abb. in rub. ex eo num. 3. post Bar. in l. seruitutes ii. supra de seruit. & glos. in locis iam deductis, & probari videtur in l. eum qui ades. & in l. ii. hoc tit. nostro.

His ita firmatis respondeatis ad primum quod solutio gloss. est optima si recte declaratur & intelligatur. Nec censetur illud verbum diuerso iure, intelligendo partim proprie & partim improprie, per. d. 53 l. ii. de offi. procons. quoniam regula. l. eum qui. supra eod. loquitur quando quid 2. modis simul censetur, id est bis non quando diuersis temporibus, seu respectibus varie, vt in. d. l. ii. & ita declaro d. regulam præter omnes quos ego viderim.

Nec obstat quod ista sit impropria aut dura locutio, non ferenda in iurisc. relligiosissime custodientibus latinitatē; quoniā ego dico quod loquendo ita, vnico verbo, vtramque vsucapionem significauit, & aliter minus eleganter, & non ita cōmode esset locutus, si videlicet fuisset vsus duobus verbis & prescriptione & vsucapione, & hoc idem sæpe factitatum esse vidimus à iurecons. qui gratia facilioris sermonis minus proprie sunt locuti, vt in dote not. supra in rubr. solu. matri. & in aliis similibus, & hæc puto esse perspicua. & omnibus patere.

Quæ responsio potest etiam procedere ad secundum argumentum, sed tamen ulterius dico quod ideo iurecons. in. d. iuribus, vsi sunt verbo vsucapionis, quoniam longi temporis prescriptione. id est decennalis secundum nonnullos de iure. ff. erat incognita, & fuit inducta ex. l. vnic. C. de vs. transf. aut saltem iure. C. quod videtur suadendum ex duabus rubricis. ff. & institutio. simul iunctis. Nam iure. ff. tempus nō reperitur in vsucapione expresse diffinitum, vt aduertunt nonnulli recentiores in Instit. eod. titu. quæ respon. tamen non caret difficultate cum reperiātur iura. ff. quæ meminerunt longi temporis prescriptionis vt est. l. si. infra eod. Nisi respondeatis, quod loquuntur ex opinione iuris noui, argum. §. tanta. l. 2. C. de ve. iu. enucl. sicut dicitur de. l. i. supra de leg. i. vbi not. à Socin. iuniorē statim in princip.

Ad tertium dicatis quod procedit, quando alia non repugnant vt hic vbi Iustinianus ulterius progressus est, quasi diffiniendo. d. l. vni. & sic tollitur ex eadem doctrina Bar. in. d. l. omnes populi. Vel secundum potest responderi quod in longi temporis vsucapione, non quaeritur dominium, sed exceptio, secundum vnā opinionem, de qua in. d. l. 3. supra eod. & infra dicam statim in sequenti quaestione, & sic immo non sit capere vsu, ex quo actio adhuc viget contra ipsos possidentes. l. 2. infra de except. cum similibus.

- 58 Ad quartum dicatis<sup>r</sup> quod ex productione temporis à Iustiano instituta, fuit introducta differentia ista, in necessariam consequentiam: Nec habetur ratio latini sermonis in casu isto, ut cōsiderabat Oldendor. in quo expresse reperitur aliud seruatum, vt. d. l. vnic. & in iurisbus adductis pro communi opinione: Et loquimur ex mente Iustini. non ex propria significatione vocabuliantiquitus considerati, quod certe in isto casu accipitur in alio sensu, <sup>r</sup> vt alia id genus multa quæ vnusquisque sibi inuenire potest, apud nostros vt milites veterani, qui licet latine proprie loquentibus opponantur tyronibus, tamen iureconf. eos vsurpant pro illis qui sunt donati rude, & militia missi seu militare deserunt. l. in testamento vbi glo. C. ad. l. Falc. Sic etiam vsurpare etsi frequenter uti proprie significet, Valla elegans. lib. v. tamen aliter apud nostros accipitur. l. ii. & l. naturaliter supra eod. titu.
- Remanet quæstio quis videlicet effectus sit vsucapionis, & respondet quod triplex oritur, vt per Bart. in. l. 3. supra eo cuius doctrina est cōmuniter approbata teste Deci. in. l. traditionibus. C. de pac. videlicet in vsucapione proprie & stricte accepta directum dominium acquiritur, in præscriptione longi temporis utile, longissimi vero tantum exceptio paratur. Circa vsucapionem & longissimi temporis præscriptionem, nulla est difficultas, nam ista conclusio est indubitata, & procedit nemine penitus discrepante ut patet in illis iurisbus, quæ in. d. l. 3. adducuntur, & in aliis locis proxime à me statim citandis.
- Sed dubitatio tantum versatur, & quidem maxima in præscriptione longi temporis. Et quamuis magis cōmuniter teneatur a<sup>r</sup> nostris in. d. l. 3. & a Din. in. c. possessor. de reg. iu. in. 6. à Iason. Instit. eod. tituli in princ. Deci. tamen in. d. l. traditionib. sequitur contrariam opinionem, quam etiam recipit Oldendor. in suo tract. & Equinarius Baro instit. Instit. eod. quorum sententiæ sunt diligenter examinanda.
- Pro communi adducitur primo text. in. l. §. si. de aqua plu. arc. vbi datur actio utilis ex seruitute acquisita per vsum longi temporis, non directa ergo &c.
- Respon. Oldendor. quod illa verba referenda sunt ad seruitutem impositam, & acquisitam ibi ex natura ipsa, non ex vsu longi temporis, vt videre est apud ipsum latius declarantem.
- Quæ responsio nullo pacto mihi satisfacit, tum quia relatio in dubio ad proximioram est facienda vt gl. in §. æque Inst. de actio, tum quod præsupponit Oldendor. in ista responsione, quod seruitutis natura imposita sit improprie seruitus, quod tamen falsum esse existimo. Nam si acquisita per vsum est vere seruitus, vt ipse fatetur ergo multo magis imposita à natura, quæ firmiores habet radices, & originem potentio rem, argum. §. sed naturalia quidem Instit. de iure naturali & l. quibus habent supra de tutel. authent. multo magis. C. de sacros. ecclesi.
- Præterea ille text. expresse appellat quasi seruitutem constitutam ex longa

longo vsu, vt patet ibi veluti iure imposta. Secundo modo respond. Dec. in l. traditionibus, quod ibi l. c. non loquitur in rebus immobilibus nec in dominio, sed in seruitute, & in actione, inter quæ maxima est differentia; & sic ex vno ad aliud non licet inferre, vulgatis iuribus

63 Quæ solutio non est admittenda, vt pote quæ tantum verbalem differentiam continet, & tex. ille loquitur in vsu longi temporis, ex quo directa actio deberet quaeri.

Tertio modo respondet Curtius ibidem, quæ solutio parum differt ab illa Dec, & ideo eodem modo reiicitur.

64 Ego autem ita responderem, videlicet quod ibi non apparet concurrere requisita in vsucapione, scilicet titulus & c: immo expresse probatur, quod deficiunt requisita: cū constituta non sit, ibi seruitus, aut pactione, aut relicta legato, sicut solet fieri §. primo Inst. de vsuf. l. 3 §. dare supra de seruit. Et ideo ibi debetur seruitus, quoniam est speciale vt sine titulo imponatur, vt etiam intelligit. l. Si quis diuturno, si ser. vend. Et hæc de causa ibi credo appellatam veluti iure impostam

65 Quoniam non vere & proprie: Cum tamen secus sit in quaesita ex prescriptione, vt probant alia iura, in hac quaestione adducta. Non est ergo curandum si ibi ex seruitute impropria utilis actio, & non directa oriatur, & istum intellectum puto verissimum, & si nullus declaret ita vt feci.

Secundo pro communi adducitur text. in l. si quis emptionis. C. de præscript. 30. ann. & l. pen. C. de præscript. long. temp. vbi ex prescriptione quaeritur exceptio, vt ibi patet, ergo non dominium, cum actio adhuc maneat penes dominum. l. i. infra de except. & Inst. eo. tit. in prius vbi dicitur actionis exclusio. Respondetur communiter quod loquitur

66 de exceptione intentionis & facti vt alibi sæpe sicut in l. statuas supra tit. secundo. Quæ responsio videtur comprobari, quoniam. d. li. Si quis emptionis, inquit quod datur rei vendicatio præscribenti, & sic textus ille ita ponderatus, retorquetur contra communem potius, quàm eam iuuet, etenim dominium ibi videtur quaesitum. l. in rem supra de rei vendic. & si ibi gloss. huic considerationi optime respondeat.

Quæ quidem solutio potest forte aptari ad. d. l. Si quis, licet §. l. aliquantum repugnet, vt diligenter considerantibus patet. Sed tamen non quadrat ad alia iura, & præcipue ad. d. l. emptor, vt aduertit Sali. in l. traditionibus. C. de pac. vbi ponderat verba illa intentionem probauerit, quæ præsupponunt actionem adhuc durare, sed certe non legitur intentionem apud meum librum, sed intestationem, & sic illa verba sunt forte referenda ad vsucipientem emptorem, vt patet ex inspectione illius textus.

67 Et multo minus ad. l. pen. ubi in fin. appellat exceptionem, quam supra in princ. uocauit prescriptionem, ibi memorata longi temporis

exceptio, quæ habet vim utilis dominii. Nam verbum istud videtur 68 doctrinæ causa inuentum, sicut etiam directum, quæ magistralia nomina dicuntur à nostris ut sunt pleraque alia id genus, sicut usufructus formalis & causalis, de quo in l. vi frui supra si usufr. peta. & perdd. in tit. de usufr. Instit. Nam reperiuntur multa iura, quæ cum dominia ista volunt ostendere, tamen verba ipsa simpliciter sine aliqua adiectione utilis vel directi proferunt. Accur. in Auth. Nisi. C. de bon. mater.

Tertio autem in l. si duo §. i. supra de iure iur. ubi post præscriptionem a se confectam, ita enim induci debet, ex iure iurando, quis habere potest utilem actionem ergo ex præscriptione, non habebat illud plene quæ situm, quoniam aliter frustra daretur ei actio utilis, quæ nullius esset momenti.

69 Respond. potest multis modis, sicut ille text. intelligitur. Sed tunc potest dici quod illa verba post longi temporis præscriptionem, non sunt referenda ad iurantem. Quæ responsio non est admittenda propter illam particulam etiam, quæ implicat. l. etiam supra sol. mat. & sic præsupponit quod ultra remedium præscriptionis, competat ei etiam, illud actionis quæ sita ex iure iurando ut ibi patet.

Quarto ponderari potest text. in l. obligationum §. placet infra de act. & oblig. cum similibus, quatenus obligatio non potest tolli neque induci à tempore, ipsò iure, eo quod hæret nostris oculis, & sicut 70 character quoddam inustum est, ergo multo minus dominium, quod de iure gentium acquiritur, ut per omnes locis antea citatis, quod quidem maius est. l. qui actionem infra de reg. iur.

Respond. quod istud fundamentum procedit quando esset solum tempus, sed hic concurrunt alia requisita simul, quorum virtute transferretur. Quæ responsio, & si alii admittant tamen recipiendam esse non puto. Nam solum tempus hic per se, neque etiam exceptionem pararet, sine conventionione partium, quæ adest in d. §. placet. Quare requisita quæ cum tempore concurrunt videlicet bona fides &c. debent operari, quod operaretur pactum expressum, & non amplius, cum propter ista, ita concurrentia, præsumatur aut fingatur consentire dominus, arg. l. expressa infra de reg. iuris. l. alienationis verbo infra de verbo. signifi.

Quinto adducitur vulgata regula. l. id quod nostrum infra de reg. iur. Respon. quod licet dominus non expresse consentiat tamen præsumitur, d. l. alienationis, & procedit regula, quando non est in præsentia dominus, ut hic. l. i. in fin. supra ed. & quod appellatione facti venit etiam, & contingitur non factum. l. licet inter gesta infra de verbor. signi. l. si infulam infra de verb. oblig. & not. in l. 4. §. Cato. eo. tit.

Quæ solutiones non explicant difficultatem, sed potius probant, quare dominium seu ius dicatur aliquid præscribenti acquisitum.

Quod

72 Quod certe non esset nisi vigerent rationes, quæ considerantur, in istis responsionibus.

Sed tamen per hoc non probatur, quod ideo directum dominium possit transferri, quod ipsi domino per. l. ipso iure & directo tolli non potest; Sed tantum fructus & utilitas, quam utile dominium continet, ut patet ex confutatione allata ad præcedens fundamentum, modo relatum.

Sexto, & ultimo adducitur ratio differentie inter vsucapionem, & præscriptionem, quam declarant interpretes in locis proxime citatis, & præcipue in. d. l. traditionibus.

73 Respon. ibi Dec. quod non est bona, quoniam etiam in rebus mobilibus viget, & tamen ibi omnes concedunt plenum dominium acquiri, ut per eum ibi. Sed t aduertendum est, nam immo potest replicari, quod ratio est maxima differentie mobilium, in quibus ideo dominium plenum queritur, quoniam utile non videtur posse separari à directo, propter eorum naturam, & sumendo argum. a magis communiter accidentibus. l. nam ad ea supra de legibus cum similibus, & probatur quoniam res mobiles cito corrumpi solent, & illo spatio temporis plerunque perdi, unde ideo transfertur directum, non quod. l. posset istud facere, quod utique dicendum non est, sed propterea quod esset nullius utilitatis, si seruarietur apud dominum, qui exercet ius directum sibi remanens, quando res iret ad tertium possessorem ut probatur in. d. l. si quis emptionis §. i. C. de præscr. 30. vel. 40. ann. ergo patet quod directum non fuit, ut male isti credunt, tralatum.

Hæc pro ista opinione communi adducuntur, quæ & si optime probetur in iuribus & fundamentis modo relatis & declaratis, quæ adhuc subsistunt inconcussa minimeque sublata sunt, ex responsionibus aduersariorum, qui aliam partem sequuntur, tamen silentio prætereunda non sunt ea, quæ aduersus illam in medio adducuntur quibus

74 examinatis erit manifestum quæ opinio ex istis verior sit. Primo adducitur pro ea princ. Insti. eo. tit. ubi imperator vtiur vnico verbo do

75 minii, quod utiq; refertur ab eo etiã ad res imobiles, & sic de directo est intelligendum. l. i. supra si ag. ve. & vel emphy. pet. quod Curt. Iuni. in. d. l. traditionibus fufius deducit & affirmat valde vrgere. Sed ego respon. duob. modis primo quod dominium utile dicitur etiam proprie t dominium ut declarat Cagnol. in rubr. supra Si quis iu. dic. non obtemper. nu. 15. & Bart. in. l. si mater. §. eandem de except. re iudic.

76 Secundo dico, quod etiam si non sit proprie dominium tamen ibi ita dixit, quoniam non poterat commodius & elegantius loqui Iusti. imperator: Et quoniam istud verbum utile & directum videtur excogitatum ab interpretibus, gratia doctrine, quod potest suaderi ex Cantianulæ paraphrasi in Insti. & aliis, qui aliter ista declarant & appellant ut supra tetigi nu. 68.

Secundo videtur probari per ea iura, quæ adducit Accurina ut h. nisi C. de bon. mat. ubi est etiam textus qui appellat dominium semper ergo, &c. Sed responderi potest eodem modo. Nec est inconueniens quoniam cum habeamus iura quæ dicant domino post præscriptionem manere aliquod ius, ista potest dici declaratio facta ab illis. Illud supra deductis & declaratis, quod optime procedit.

Tertio ponderatur diffinitio usucapionis tradita, quæ intelligitur etiam procedere in rebus immobilibus, ut est communis opinio nemine contra dicente in l. 3. & in rubr. supra eo. Quare considerando eam iuncta regula. Iam hoc iure de vulg. & pup. & l. eum qui infra eo. concludendum videtur esse, quod eodem modo in utrisque queratur dominium.

Sed respon. ut ad præcedentia, & addatis hic, quod supra dixi in questione de usucapione, & præscriptione num. 53. circa intellectum. d. l. eum qui. Nam aliud est bis censei eodem tempore, & non potest, ut ibi, aliud 2. modis id est diuersis scilicet nunc uno modo, nunc alio, quod in re diuisibili quo ad intellectum procedit, vt in l. 2. de offi. pro con. secus in domo quæ est quid simul. l. si domus supra de leg. i.

Vel dicatis quod iura censei vt supra iudicata, & non nos, vel denique negetis quod sit diuerso iure, ex quo unum dominium non differt ab alio quo ad speciem, vel quod l. eum qui, & des procedit, quoniam ibi iniquitas resultabat hic autem secus vt iura iuribus conciliantur. l. vnic. C. de inoffic. dot.

Quarto quoniam tempus maiora facit, & potest. Etenim regna cõmutat, & vniuersum terrarum orbem, versat inquit Oldend. in suo tract. in. 3. colum. igitur multo magis dominium vnus rei alieriusue transferre poterit, sumendo argumentum à minori, quod est validissimum affirmatiue, vt præcipue docet Arist. 3. lib. Topicorum, & habetur not. in aut. multo magis. C. de sacr. eccle. licet nostri in hoc non satis perfecte videantur loqui, vt apud Euerard. perspicui potest, in loco à minori.

Sed respon. potest fatendo quod tempus hæc possit & faciat, sed nos loquimur non de facto, sed de iure. Præterea etiam in casu nostro ceteris concurrentibus multum potest tempus, sed non tamen per viam & modum istum, Sicut nec etiam in casu considerato ab ipso Oldend. vetum est, quod regna comutare & illos magnos effectus gignere tempus possit, auferendo ipso iure rem alicui. d. l. obligationum §. placet, quæ tanto magis sibi vendicant locum, ex quo de minori præiudicio in eo casu agitur.

Quinto Adducitur, quod Decius considerat in d. l. traditionibus, videlicet quod nulla ratio sit differentie inter vnum casum, & alium rerum scilicet mobilium, & immobilium vt per eum ibi ad quem me refero ergo etc. Sed respon. potest quod immo est maxima, vt fuit di-

ff. de vsucapionib.

Aut in præcedentibus fundamentis pro communi adductis num. 73  
Sexto & vltimo ponderatur tex. in. l. vnic. C. de usuc. tran. quate nus  
ibi probatur, quod ante productionem temporis factam à Iustiniano  
Imper. per vsucapionem biennij, dominium querebatur plenè & ve-  
re, quod suaderi videtur ex illis verbis, licet alii non ostendant, miseri  
rerum domini excluderentur, ergo eodem modo & nunc hodie:  
Cum tantum tempus productum inueniatur, non modus acquirendi  
immutatus: præcipimus. C. de appel.

80 Sed ego<sup>o</sup> dicerem, vel quod illa verba nuper ponderata non probent  
quod dominium directum ideo quæreretur, cum etiam sit verum  
quod per utile dominium tratatum, dominus dicitur exclusus, ut ex  
supra adductis colligi potest.

81 Immo dum inquit exclusum<sup>o</sup> potius ad utile videtur respexisse, quo-  
niam verbum excludere proprie ad exceptionem refertur. l. i. infra de  
except. & Instit. 40. tit. in princ. Et existis puto posse confutari & sub-  
verti fundamentum factum, ex inductione modo relata, cui potest re-  
sponderi etiam ex aliis quæ dixi supra, quando fuit disputata quæstio  
vsucapionis & præscriptionis.

82 Stante igitur cõmuni<sup>o</sup> quæ probatur & optime defenditur ab omni-  
bus impugnationibus, non aliter mihi videtur esse necessarium distin-  
guere vti Alberic. hic, & Ioann. Andr. in. c. possessor faciunt.

Ideo silentio præteritis eorum dictis, infero ad statutum disponens,  
quod ex præscriptione quærat dominium, quod erit intelligendũ  
de directo & pleno secundum Bartol. in. d. l. 3. supra eõ. videlicet quẽ  
ibi queruntur magis communiter scribentes.

Mouetur quoniam aliter esset nullius momenti prouiso illa munic-  
palis contra. l. si quando de leg. i. & c. si Papa. de priuil. in. 6. & quoniã  
uerba, quæ proprie accipienda sunt. l. 3. §. hæc uerba supra de neg. ge.  
ita important. l. i. supra si ag. uec. uel emphyt. pet.

Sed tamen Bald. in. l. si. 2. colum. nu. 6. C. arbit. tut. putauit contrariũ  
esse uerius. Nam inconueniens non est, secundum eum, quod unum

84 atque idem contineatur<sup>o</sup> in statuto, & in iure communi. per. c. primũ  
de constit. lib. 6. & idem firmat in. l. 2. C. de noxal. per illum textum ita  
ibi Alexan. in suis addit. ad Bar. qui tamen aliter non respondet ad in-  
ducta pro Bar. opinione. Et de hac quæstione loquitur Felinus in ru-  
bri. extra eod. ubi nume. quinto plures ita opinantes refert, ut ibi per  
eum.

Si quis admitteret, & defenderet sententiam Bald. quem sequuntur  
nonnulli, posset responderi, quod non est inconueniens quod idem  
85 dicat statutum, quod continebatur in iure communi, quoniam per  
hoc non sequitur quod sit superfluum, forte propter executionem,  
quæ erit ex forma statuti paratior, si inde quæreretur dominium argu-  
eorum quæ de quarantigia dicuntur ut per Bart. in. l. a Diuo Pio §. i.

supra de re iud. vel sumendo argum. à prætorè, qui edicta, & suas provisiones interposuit, ubi etiam ius commune loquebatur, vt patet & not. in bonorum possessione. §. adhuc. Instit. de bon. poss. & not. in rubr. C. qui adm. Gaudent enim nescio quo pacto homines rebus a se factis iuxta illud quòd tradit Arist. in 3. Ethicorum. Et sic etiam si nulla esset utilitas, tamen non sit ulterius exquirendum propter mentem statuentium. l. non omnis supra si cert. per. quæ consideratio iuuari & comprobari potest ex multis legibus, quæ in volumine Statutorum Florentinorum continentur, in quibus eadem & dispositio reperitur, quæ erata iure communi iam introducta. Denique contra Bart. facit quoniam si. l. non potest auferre dominium plene & directo, ut firmatum & conclusum supra fuit, ergo nec etiam poterit statutum obstante eadem ratione vt supra nu. 73. & Joann. And. in c. possessor. declarat. id quod si verum est valde difficile videtur sententiam Bart. sustinere. Nisi respond. quod statutum poterit operari per viam seu respectu effectus, quem auferi, licet secus sit per viam iuris hærentis inseparabilior. quibus tunc obstat, et qui ibi sup. 73. in fine i. ubi notat.

Sed ulterius cogita an Barto. opinio possit conciliari cum sententia Baldi, qui loquitur in eo casu in quo statutum non potest aliter intelligi, quare licet idem dicatur commune, tamen non referat, sicut videtur procedere quod not. in d. t. i. de consen. 6. & opinio Baldi. Secus quando aliter intelligi statutum possit, & tunc militat ratio super fluiditatis, cui non potest responderi vt dicebam, cum alia præsumenda sit mens tunc statuentium, quod consideratio mea in subsidium tantum procedere poterat, cum interpretatio sit in potiorem significatum facienda. l. non aliter de leg. 3. l. i. supra si ag. vect. vel. emph. per. His ita examinatis. atque discussis.

Nunc aggredior ad textum. l. nostræ, quem diuido vt facit Imol. in 3. partes, quarum prima reprobat nonnullorum sententiam, secunda assert rationem, tertia extendit reprehensionem ad alium casum 2. ibi quia neque tertia ibi. Idem & in litis.

Sumatur variis modis: Bart. autem hoc modo. Qui putat se habere titulum errore iniusto, non vsu capit, secus si iusto. Aduerte primo quod in textu nullum verbum de errore iusto vel iniusto, Sed ita intelligitur à gloss. quæ est communiter recepta. Secundo quod Bartol. vult quod vsucapio nullo modo, seu titulo procedat quando error est iniustus, quod forte videtur contra gloss. magnam in fin. ibi nihilominus, & titulus generali pro suo. De quo tamen infra videbimus.

Tertio quoniam titulo pro suo speciali in defectu forte vsucapio videtur procedere vt infra dicam, per. l. i. infra pro suo, meo. Pro declaratione tamen huius. l. cū eius materia præmittatis quod si titulus pro suo est triplex vt tradit Acc. infra in rub. pro suo & est appellatus titulus ab ostendendo autore à quo rem accepimus, sicut dicitur

ff. de vsucapion.

citur in libris quorum contenta patefacit: & in consequentiam dici potest tueri, quoniam ostendendo titulum nos tuemur, & accipitur pro  
 90 quacunque causa apta ad translationem dominii, sicut Castr. hic licet pluribus aliis modis accipiat, quos recenset Acc. in l. non est am bigendum. C. famil. hercis.

Fingatis autem per vos thema, & pro ratione dubitandi breuiter ad duci potest primo quoniam de iure Canon. procedit vsucapio si ad sit  
 91 bona fides, nulla habita ratione tituli. c. i. de prescrip. lib. 6. & c. peruenit de emp. & vend. vbi Abb. & Castr. hic, Tertio not. ergo multo magis de iure ciuili & precipue si ad sit putatiuus titulus vt hic.

Consequencia probatur, quoniam si ius canonicu quod considerat equi  
 tatem c. dilecti. & c. nouit de iudic. & tamen vsucapionem admittit, quando titulus non adest, quare tamen est contra equitatem vt supra fuit conclusum nume. 15. & 26. ergo multo magis admittere debebat ius ciuile.

Secundo quoniam opinio in illis, quae pendet ex facto, & in eo versantur, solet alibi inspici, licet veritas repugnet, sed cum quis. Instit. de testam. l. multum interest de condi. & de inst. l. is qui putat supra de acquir. heredit. Sed emere, & vendere est quid facti. l. consilio de curat. fur. ergo & c.

Tertio, nam videtur competere saltem titulo pro suo speciali quae datur in defectu. l. i. infra pro suo, quoniam negari non potest, quin iste pro suo possideat, quando putauit emisse vt hic, putauit enim ad se pertinere, & ex ea causa possidet, ex qua dominium quaeritur vt ibi dicitur, ergo vsucapere etiam videtur.

Pro ratione autem decidendi potest dici primo quod titulus cum sit necessarius ad vsucapionem. l. nullo. C. de re vend. Debet vere interuenire, vt hic declarat. l. c. ibi quia neque & c. quare ratio videtur tamen esse reiicienda primo quoniam est eadem cum dicto ut patet contra. l. curatoris supra de offi. procur. Castr. vbi gloss. secundo quoniam iura adducta hic ab Acc. in secunda parte repugnant, in quibus procedit vsucapio sine titulo.

Ad primum tamen dicatis quod regula illa procedit in homine, non autem in l. quae potest bene reddere rationem, quare sit aut videatur eadem cum dicto. Nam ex quo continetur in ea ratio, quare eius dicitur anima vt. l. scire supra de legib. sequitur quod sufficiat, vt. l. ita dicat. facit. §. furtiue Instit. eod. & in princip. Instit. quibus lic. ma. vel non.

Secus est in homine vt in teste. Et ista est pulchra declaratio istius regule, quae videtur comprobari per doctrinam Bart. in. d. l. curatores vbi de teste loquitur, reddente rationem sui dicti, quare sit eadem cum dicto, quare certe reiicitur.

Ad secundum respondeatis, quod ista ratio est intelligenda, vt dictu

93 restringat. l. cum pater §. dilectissimis de leg. 2. Dicitur autem est quod titulus putatiuus non sufficiat; quod dictum cum sit declaratum à l. quod vulgo infra pro emp. procedere in errore iniusto, secus iniusto, sequitur quoddam ratio hic reddita sit intelligenda in isto casu, & sic non generaliter.

Vel respondeatis secundo quoddam titulus sit fictus, quando quis iuste errat, ut videtur tetigisse gloss. in l. si infra pro legat. Et sic erit ratio generalis, quoniam propter æquitatem fingitur.

Nec obstat, quod dicatur putatiuus, & non fictus, quoniam respon. potest, posse vocari utroque modo, fictus respectu il. que fingit propter æquitatem ut dixi, Putatiuus habità ratione ad hominem opinantem.

94 Secundo potest reddi pronunc ratio, quoniam error in facto proprio non tolleratur, ut per Bart. hic prima colum. facit textus in l. si infra pro suo in fin.

Tertia quoniam cum sit vsucapio dispositio maximi præiudicii ut supra fuit demonstratum, voluit ius passim permittere ut possit confici cum bona fide tantum, que facile presumitur ut hic per Bart. in p. col. Nam videretur data ansa committendi fraudem, & fingendi, possessionemque sibi asserendi, ut Oldend. considerauit in suo tracta. in prinum, 13.

Non obstant modo contraria, quoniam ad primum potest resp. ut Balb. hic. colum. 6. quod titulus magis requiritur inspecta subtilitate & ideo ius Cano. cum non expetit, interueniente bona fide. d. c. dilecti, & quoddam a subtilitate oriatur titulus potest probari, quonia quando adest bona fides, non videtur quid ulterius postulandum respectu ani

95 mi vsucipientis dolo carentis. Vel secundo quod. c. peruenit & c. i. cum similibus loquitur de præscriptione longissimi temporis ut ibi videtur declarare Abb. & ita etiã procedat. d. c. i. de prescrip. 6. Quoniam ita videtur intelligere. c. ad aures de prescrip. & sic credo quod voluerit Castr. hic. 3. not. ibi quod nullus error iuris & c. sufficiat ad præscribendum de iure Canonico, ergo de præscriptione longi temporis requiritur titulus secundum eum. Dicam infra tamen ibi. Et ex presse vult Balb. hic in l. not. unde inferitur quod limitaret male text. nostrum, qui loquitur in præscriptione longi temporis nam longissimi est in cognita iure isto. ff. ut supra dixi nu. 39. & in ea titulus non requiritur. l. si quis emptionis. C. de prescrip. 30. vel 40. anni.

96 Secundum autem arg. est sublatum ex secunda, & tertia ratione decidendi. Ad tertium respond. potest 2. modis primo, quod tex. noster loquitur de titulo, pro suo generali, quo vsucapio non procedat & in hoc lapsi fuerint antiqui, non in ritu. pro suo speciali, qui datur in sub sidium ut supra declarauit à qua sententia Bart. non videtur abhorre re infra in si. oppositiois dum declarat mentem antiquorum ibi &

illi quos & c. ubi videtur velle hoc. Sed tamen istud esset periculosum  
 Ideo dicatis, quod non valet consequentia possidet pro suo, ergo vsu  
 98 capit \* vt Aret. not. in §. n̄uisime Instit. eo. & Barto. in l. i. pro suo in  
 fin. quoniam possessio pro suo est duplex vt ex eis colligitur, vna re-  
 spectu vsucapionis producendæ, alia autem ad eam non prodest.

In vltima particula præmitte quid sit æstimatio litis, & quomodo ad  
 eam deueniatur, quod colligitur ex l. qui restituere cum legibus se-  
 quentibus supra de re. vendic. Et dic quod ratio dubitandi potuit exi-  
 stere.

Primo quoniam litis æstimatio non per omnia est similis emptioni,  
 Immo in multis differt vt habetur in l. 3. infra pro empt. iuncta glo. ibi  
 posita.

Secundo ad æstimationem litis deuenitur propter actionem realem  
 99 d. l. eius rei, cum l. sequent. de rei vend. ergo videtur quod tractetur  
 de dominio, ex quo aliter rei vendicatio non competit. In rem de rei  
 vendic. Si ad dominium ergo vsucapioni locus non est. l. sequitur §.  
 lana cum similib. supra eod.

Ratio verò decidendi est, quoniam habet affinitatem cum emptio-  
 ne in multis, æstimatio litis vt. d. l. 3. & horum respectu potest dici titu-  
 lus habilis vsucapioni.

Ad contrariã dicatis ita. Ad primum quod licet differat litis æstima-  
 tio, & emptio; tamen in iis æquiparata videtur per vulgatam doctrinã  
 Abb. in c. translatio; de consti.

100 Ad secundum respond. quod non valet consequentia dicere agitur  
 actione reali ergo dominium petitur vt patet in Publiciana, quæ est  
 realis. l. i. supra de public. §. namque si. Insti. de action. & tamen in eã  
 sibi locum vendicat æstimatio litis. l. sed si res supra de Publi. & istam  
 videtur difficultatem sensisse gl. in l. i. infra pro empt. in fin. gloss.

Ex ista ergo. l. primo noto quod colligit Bart. in vsucapionẽ esse titu-  
 lum requisitum, concordat textus. in l. nullo. C. de re. uend. & alii  
 cõplures, ut Balb. hic, qui istud declarat & limitat ut per eũ ad quem  
 uos reiciio.

Secundo norat Paul. Castren. ex verbo bonafide, quod bonafides in  
 ducitur etiam ex iniusto errore: hic enim fuit deceptus iniuste creden-  
 do emisse & tamen dicitur bona fides. Ratio redditur quoniam qui-  
 uis error excusatur a dolo. l. igitur §. potest supra de lib. caus. & not. in l.  
 prima. Siquis ius dic. non obtemp. in glo. in verbo hoc iudicium, &  
 sequuntur omnes hic.

Balb. tamen inquit, quod hic non probatur ista conclusio, quoniam  
 sumitur ex uerbis narratiuis, quamuis fateatur esse ueram per. d. l. igitur.  
 & patet quoniam refert Celsus uerba antiquorum, qui ita propo-  
 nebant & narrabant factum, unde ex eis argumentum nõ potest sumi.  
 gloss. & Iaso. late in l. i. C. quando non pet. part.

Vos tamen dicatis, quod textus iste optime istud quod Castren. col  
 101 ligat probat: Nam dum l. c. Vlpianus reprobatur opinionem antiquorum  
 recepta sententia Celsi reddens rationem inquit, quod titulus, debet  
 vere interuenire, & nullam facit mentionem bonæ fidei ergo cōcedit  
 quod bona fides possit existere quando error est in titulo, eatenus  
 enim correcta. l. intelligitur quatenus expressum est. l. præcipimus. C.  
 de appellat. & inclusio unius dicitur exclusio alterius, & per contra-  
 rium. l. cum prætor supra de iud. Et sic uerba illa possunt optime præ-  
 bere argumentum, quod bona fides dicatur etiam ubi est error iniu-  
 stus, comprobatur quoniam dicitur quædam bona conscientia, ut gl.  
 not. in. c. fin. de præscrip. facit. l. bonæ fidei infra de uerb. sign.

Tertio colligit Castre. quod ista bona fides non sufficit ad præscri-  
 bendum longo tempore, secus longissimo de iure. C. & aduertatis,  
 quod est ualde corruptus Castr. hic, & debet emendari ut patebit in  
 tra ex eius declaratione.

Ratio redditur quoniam in casu isto non requiritur quod bona fi-  
 des sit ita iuste fundata seu iustificata, sicut in præscriptione longi tem-  
 poris, & sic infertur quod error iuris producat bonam fidem ut hic di-  
 cit esse casum. Circa quod dicatis ut declarabo infra in quarto requisi-  
 to, quod examinat Bart. in pen. colum. & notetur obiter, quod in præ-  
 scriptione longissimi temporis non requiritur bona fides. l. Siquis em-  
 ptionis. C. de præscr. 30. uel. 40. ann.

Est tamen ualde dubium an hic probetur quod iste qui putauit emis-  
 se erraret in iure, quoniam immo uidetur quod in factis, cum emere,  
 & uendere facti dicatur. l. consilio de cur. furiosis.

102 Pro defensione Pauli non uideo quid possit aliud responderi, nisi  
 dicendo quod etsi emere, & uendere sit facti, tamen potest errari in iu-  
 re in eis si quis forte existimaret emisse cum pretium non interuenisset  
 arg. l. 2. §. si a pupillo infra pro empt. Quare cum dicat hic l. c. Si exi-  
 sumaret emptum & c. nec ostendat in quo laboretur, potest intelligi  
 ita, & idem in donatione, quod non fuisset donatarius præsens forte,  
 & tamen crederet ualere, sine eius præsentia contra §. i. Instit. de em-  
 pt. & uend. & l. absentis supra de donat. cum similibus.

Quartum notat. Castre. non ex aminatione, quoniam pendet ex intellectu  
 gloss. in qua dicitur, & fuit etiam aliqua ex parte declaratum in posi-  
 tione casus.

Quinto colligit Balb. ex 2. particula quod non entium nullæ sunt qua-  
 litates ut iura sunt uulgaria. Aduertendum tamen est, quod etsi istud  
 103 sit uerum, & indubitatum & comprobatur per ea quæ Arist. tradit in  
 lib. predicamentorum ubi proprie istud docetur, tamen hinc non pu-  
 to posse istud colligi, immo regula ista hic potius uidetur confundi,  
 si recte consideretur, iste tex. iuncta gloss. dum uult quod iusto errore  
 interueniente procedat usucapio ergo qualitas seu accidens, quod  
 est

est vsucapio substitit sine titulo, & sic sine ente datur qualitas. Igitur videtur potius posse illud adduci pro ratione dubitandi.

In hac difficultate dicerem ego ita breuiter licet nullus aduertat, quod forte regula ista potest colligi ex illis verbis, quod si nulla donatio &c. Sed tamen postea ab ea disceditur in casibus in quibus loquitur iura citata in glos. propter æquitatem, quæ fingit titulum præcessisse vt supra teigi nu. 93. & videtur sensisse Acc. in l. fi. infra pro leg. & sic sicte istud hic seruetur, non autem veritate inspecta.

Vltimo notat Balb. ex. versi. Idem & c. quod litis æstimatio est similis emptioni, & ratio est quoniam interuenit pretium, vt l. eius rei & l. hæc res supra de re. vendic.

104 Sed vbi pretium interuenit semper censetur emptio \* l. fi. vbi glos. C. de prædiis de curion. Consideretis tamen primo, quod obstat textus in. d. l. eius rei in fin. vbi videtur potius æquiparata transactioni, nam erat lis & res incerta, & aliquid fuit subsecutum sicut requiritur in ea l. i. supra de transact.

Secundo si ista esset vera ratio, potius esset vere emptio quam ei similis. l. quod Nerua supra deposit, nullum enim simile idem per. §. i. Instit. de empt. & vend. ergo non bona:

Nisi ad primum respon. quod ibi dicitur, quod videtur transegisse respectu dominii translationis de qua meminerat antea ibi in versio.

105 precedenti. datur enim in transactione. l. i. supra de transac. & ideo non est ei ita equiparata vt emptioni non possit in alio conferri, & comparari.

Ad secundum quod alia requisita deficiunt, quoniam hic non oritur pretium ex consensu, vt in emptione requiritur. d. §. i. Sed ex æstimatione iudicis. d. l. eius & quod non queritur dominium, nisi res sit præsens. d. l. eius. secus esset in emptione quando emptor prius possideret. §. interdum. l. qua ratione, supra de acqu. rer. dom. Non ergo debet dici vt Balb. videtur velle quod statim ubi pretium interuenit ibi dicatur emptio.

Credo tamen quod litis æstimatio sit appellata similis emptioni propter titulum, & sic respectu vsucapionis, quoniam nullus titulus est magis similis huic litis æstimationi, quam ille pro emptore ex omnibus; qui infra ponuntur.

106 Nunc venio ad gl. quam diuido in 12. \* particulas, quæ scit maxime ponderandæ, quoniam Acc. ualde docte loquitur & subtiliter. Prima declarat uerba textus ea ordinando, & ostendendo quomodo Celsus reprehenderit illos antiquos, secunda obicit reprehensio Celsi, & soluit, tertia rursus contra Celsum insurgit & eius opinionem impugnat, quarta soluit istam oppositionem secundum Mart. & eam reprobat, quinta aliam & sic secundam solutionem ponit, quam reicit, sexta affert suam opinionem, septima limitat suam solutio: non procedere in

titulo emptionis, octaua ostendit in quibus titulis procedat, & transit ad traditionem, declarando quomodo debeat interuenire. nona inuestigat rationem differentie inter titulum, & traditionem, decima opponit contra illud quod dixit in septima particula & soluit, undecima rursus quærit, an illud, quod supra dixit in traditione in octaua particula sit perpetuum, duodecima declarat quo titulo ista ufuca-pio procedat quando error est iustus.

Secun. ibi sed uidetur male, 3. ibi sed certe Celsus. 4. ibi Solu. secundum Mart. 5. ibi. Alii dicunt. 6. ibi Dic ergo. 7. ibi. In emptione. 8. ibi. Et hoc erit uerum. 9. ibi. Sed cur sufficit. 10. ibi. Sed cum in uend. 11. ibi Nunquid ergo. 12. ibi. Item quo titulo.

Traditio diuisione gloss. modo accedo ad eius explicationem, & ne idem repetere cogamur, explanabo eam iungendo simul doctrinam Bart. & eius ordinem seruando.

Et quod ad primam particulam attinet tantum potest colligi ratio, quare errarint antiqui, quæ supra fuit declarata in themate.

107 Posses tamen dubitari, an ratio ista fuerit Vlpiani authoris huius. l. an uero Celsi, cuius sententiam Vlpianus recipit & quoniam speculatio ista est minutæ utilitatis, transeo cum hac sententia ut credam, sicut nonnulli hinc, fuisse Celsi: cuius opinioni subscribat Vlpianus, eam simpliciter referendo licet expresse ipsam non probet, quod tan-  
tundem ualet, argu. l. cum quid supra si cer. per. cum uulgaribus.

108 Secund. est conclusio quod Celsus loquendo de titul. pro emptore, & pro legato etc. intellexit etiam de titulo pro suo, quod Bart. ita declarat, quoniam dum negauit de specialibus uidetur etiam Celsus ne gâsse de genere, etenim ut supra præmissi titulus pro suo est triplex, & cum hac declaratione omnes per transeunt. Sed tamen oriri uidetur alia difficultas, quoniam solutio ista, præsupponit ualere argumentum de specie ad genus negatiue, quod tamen est falsum. l. siquid §. inter emptum de leg. 3. Nam non ualet dicere non est homo, ergo non animal, potest enim esse equus, sic non copetit titulus pro emptore ergo nec pro suo, non concludit.

Sed aduertendum est quoniam Acc. & Bar. optime loquitur si recte intelligatur, & si quidam dixerint perperam eos fuisse locutos. Nam procedit ista consideratio, quando de vna specie ad genus negatiue quis uellet ratiocinari, sed de omnibus speciebus minime, cum genus præsentetur in omnibus speciebus. l. semper in generalibus infra de reg. iu. Et ita uoluit dicere Bart. ut patet, ex cuius declaratione tantum noletis, quod hic. l. c. locutus est exempli gratia. & eius decisio procedit etiam in omnibus aliis titulis, si alii reperiri possunt vigente eadem ratione. l. illud supra ad. l. Aquil. l. a Titio infra de uer. obli. l. damni infecti, supra de dam. infec.

Subdit Bartolus differentia ergo erit inter Celsum, & antiquos, quoniam

quoniam antiqui intelligebant de titulo pro suo generali, & quatenus concurrat cum aliis specialibus; & in hoc lapsi sunt.

Circa cuius verba aduertatis, quoniam videtur innuere quod si essent locuti de titulo pro suo, qui est specialis, & datur in defectum, forte bene fuissent locuti arg. l. cum prætor de iud. siue à contrario sensu. l. i. supra de offic. eius. Quod si voluisset Bart. esset sibi contrarius; cum in summano supra aliter dixisset, & præterea loqueretur contra rationem hic redditam in textu quia nec & c. quæ militat etiã in quouis alio titul. vt nuper declarauit.

109 Sed tamen\* expendenda sunt diligentius verba Bart. qui vult quod non tunc bene Celsus, sed sine ratione reprehendisset eos, & hoc colligitur, & inferitur ex eius verbis, vt supra.

Tertia est conclusio, quæ colligitur ex 3. & 4. particula, quod Azo. & Mart. perperam intellexerunt iura adducta in gloss. cuius opinio recipitur ab omnibus. Sed tamen debet considerari id, quod aduertit Bart. hic in secunda oppositione, videlicet quod Acc. non perfecte reuulerit sententiam Azo. qui, vt videre est in eius summa. C. pro empti dicebat ibi illud speciale non simpliciter, sed ex causa iusti erroris, quæ verba omisit Acc. qui tamen recte a sententia Azo. discedit, quoniam falsum est quod sit speciale in illis causis, vt apparet hic. in. l. nostra, in qua loquitur in nonnullis ex illis titulis, & tamen negatur vsucapionens procedere, sicut est titulus pro legato. l. si. infra pro legato. ergo & c.

110 Bene\* igitur reprehendit Azo. Acc. p. ex hac ratione modo declarata, & ex eo quod deducit Bar. inquitens nã si iustus error sufficit in tit. pro suo, quod est genus. l. si ancillam. §. si. & l. si. infra pro suo adductis hic in gloss. ergo, & in qualibet parte illius generis arg. not. ab Accurs. in. l. §. fin. supra de suis & legit. ergo speciale ibi non est, vt voluit Azo, quoniam hic loquitur de specialibus. l. c. vt fuit declaratum supra, & tamen negat vsucapionem procedere, quod certe esset perperam factum, si Azo bene sentiret in hac difficultate. Aduertendum igitur est tantum hic quod Bart. dum adducit not. ab Accu. in. d. l. i. vt Imol. aduertit hic, & postea Balb. non videtur bene loqui vt per eos, qui optime soluunt, & defendunt Bar. qui forte voluit adducere notata ibi in argumentum & non simpliciter ad probandam suam consequentiam facit quod dixi supra nu. 108.

111 Nos etis ergo tantum illud hic, quod ego supra declarauit, videlicet quod iste versic. Præterea, ipsius Bart. non est referendus ad confutationem antiquorum, vt Balb. falso credidit.\* Sed ad opinionem Azo. vt fuit paulo antea explanatum.

Quarta est conclusio quod male loquerentur illi qui, hic credebant prohibitam vsucapionem tit. pro suo generali tantum, secus speciali. Recipit Bar. & magis communiter probatur ratio est secundum istos

quoniam Celsus hic prohibet etiam usucapionem procedere titulo, pro suo, & istud aliter non declarant quomodo verum sit, & certe dubitari posset propterea quod & si dicat pro suo hic Celsus, tamen, duobus modis titulus iste accipitur, ut supra fuit dictum unde non sequitur, quod de titulo pro suo speciali prohiberet; immo iam fuit firmatum supra quod de generali loquitur Celsus; scilicet in secunda parte glossae. Et sic non bene videntur confutare istam solutionem quin immo ratio considerata ab eis arguit ipsos esse sibi contrarios.

112 Dico tamen quod opinio communis est verissima, & male alii loquuntur declarando tamen aliter, videlicet ut ego supra feci in positione casus tollendo contrarium. l. i. supra pro suo Ratio enim hic posita in versic. quia & c. militat etiam in titulo, pro suo, speciali.

Quinta sequitur, quod iustus error sufficit ad usucapiendum secus iniustus, quam magis communiter interpretes recipiunt teste Cast. Imola, & Balb. hic. Nec obstat quod obiici posset de diuinatione, cum l. quod vulgo infra pro empt. istud faciat, & sic iura ab aliis iuribus clarantur, sicut fieri debet. l. non possunt supra de leg. & l. qui filiius in princ. supra de leg. i.

113 Nec etiam vos perturbet textus. in. l. si a pupillo infra pro empt. ubi immo videtur error in facto proptio dum putabas maiorem pupillum, qui error dicitur iniustus ut per Bart. in si. prim. colum. Quoniam ego declarabo illum text. aliter quam faciat Bar. infra & praeter omnes, quos ego viderim, quando ad locum illum peruenimus, quamquam possit pro nunc resp. ut facit Bar. in d. loco infra in. 2. colum.

114 Sexta est conclusio, quod in emptionis titulo requiratur iustissimus error, & iustus non sufficit, ut omnes admittunt hic magis communiter, Bart. Imol. Seifell. & Balb. nouissime, Mouetur Acc. primo per. l. 3. infra pro solut. & per. l. 2. infra pro empt. considerando quod 2. temporibus requiritur in isto contractu emptionis bona fides ut ibi dicitur, cum in aliis sufficiat si interueniat tempore solutionis.

Paul. Cast. hic tantum dubitat, & affirmat iura in quibus glonitur non sibi omnino videri probare, non tamen aliter ostendit.

115 Quam opinionem possemus facile disputando sustinere, primo dicendo quod & si 2. temporibus requiratur bona fides, non tamen sequitur quod sit iustissimus error bona enim fides iam probatum est, quod potest induci ex iniusto errore. l. igitur §. potest supra de lib. ca. ergo tantum probatur ex his quod duo errores iniusti interueniant, qui vix vnum iustum conficere credo, tantum ab est, ut producant iustissimum, argum. not. per Bar. in. l. 2. supra de excus. tut. & pro hoc adduci potest text. in. d. l. quod vulgo, ubi dicitur iusta causa, & non iustissima. Pro qua opinione considero quod bona fides, & error referuntur ad diuersa videlicet bona fides consideratur respectu credentis pertinuisse ad tradentem; error respectu validitatis tituli, quod videtur

detur hic probari in textu nostro, & d. l. quod vulgo simul iunctis. ergo fundamentum gloss. & communis opinionis, ita considerando subuertitur, & funditur tollitur.

Vltius pro ista opinione pondero textum in l. 3. infra pro solu. iuncta. d. l. ii. infra pro empt. vbi si tu mihi soluas ex causa emptionis, non vsucapio pro emptore etiam si existimarem emisisse, si nulla emptio praecesserit: Et est ratio, quoniam debet considerari vtrunq; tempus, vt declarat text. in l. ii. pro empt. in princ. & sic 2. temporibus requiritur bona fides. Si ergo tu dicas trado tibi rem venditam & ego putē emisisse, certe vsucapiam pro emptore si habuero bonam fidem tempore contractus existentis de facto, & tamen iustus error tantum interuenit qui probatur, quoniam credidi tibi asserenti, vt per Bart. infra traditur in fin. prim. colum. vbi dicam.

Vltimo quod ista bona fides 2. temporibus requisita non inspiciatur & satis non sit ad inducendum iustissimum errorem probo sic. Nam si demus casum in quo adfuit iustissimus error, veluti quod sit mihi renunciatum a procuratore, vel à seruo se emisisse rem aliquā. d. l. quod vulgo. iuncta doc. Bart. & praesupponamus: non adesse bonam fidem tempore contractus, tunc certe non procederet vsucapio pro emptore. d. l. 3. pro solut. & l. 2. pro empt.

His non obstantibus ego non discedo à communi quae nescio an bene declaretur per gloss. & quae videtur niti in bona fide duobus temporibus requisita: & ingenue loquendo & Accu. defendendo sicut nostrae sunt partes, potest dici quod bene etiam considerauit, inspiciendo iura per eum adducta, secundum quae est intelligendus ipse. l. non solum. §. liberationis supra de lib. legat. vbi Bartol. Quoniam d. iura volunt quod si adesset iustus error tempore traditionis, & probaretur & tamen deficeret bona fides tempore contractus, non procederet vsucapio pro emptore, dd. iuribus, & si bona fides adesset, certe probatur, quod vltra errorem iustum esset aliquid alterius requirendum & istud est quod dedit causam tenentibus communem, quare dicerent errorem iustissimum esse requisitum, qui posset etiam vocari iustior, & quidem proprius loquendo vt videtur fecisse gloss. hic. Sed tamen quia est maior, dixerunt iustissimum. Nec obstat. l. quod vulgo quoniam respon. quod ibi illa iusta causa accipitur pro iustissima intelligendo vt facit Bar. Immo per rationem seu per exemplum ibi positum, in quo maior certe error, quam iustus interuenit, ut liquidum puto esse iam factum ex supra adductis.

Minus etiam obstat quod ab initio ego considerabam contra Bart. ponderando ibi dictionem forte quae videtur velle quod illud procedat exempli gratia, & sic quod etiam in aliis casibus induceretur iusta causa existimandi emisisse & c. l. damni infecti, supra de dam. infect. quoniam nunc dico diligentius considerando, quod aliud exemplum nō

potest affectri in quo non adsit maior error. quam in aliis titulis requiritur est; aliter repugnarent. d. iura videlicet in l. 3. pro solut. & ad contrarias considerationes erit solutio ex infra dicendis, quando examinabitur doctrinæ iusti erroris num. 118. vbi erit clarus intellectus. l. iii. pro solut. & manifestum an detur error iustus tantum in titulo pro emptore puratio. Ad dictionem illam, forte, dicatis, nunc quod non importat dubitationem apud nos, immo regulam certam inducit §. illud Inst. de nupt.

Sed hic magna contingit dubitatio, licet scribentes in aliis locis tangat, quæ sit ratio differentie quare in contractu emptionis bona fides requiratur utroque tempore, ut supra fuit declaratum; & omissis omnibus rationibus, quæ traduntur ab Acc. in d. l. 2. supra pro empt. & à Bart. & cæteris ibi, & in §. i. Instit. eo. vbi Portius profiteretur novam & veram afferre, quæ quidem omnes minime sunt tutæ, ut plerique aduertunt. Dico breuiter verissimam rationem esse redditam à l. c. in d. l. secunda. pro empt. & clarius in l. si is qui pro empt. §. fin. supra eod. Si recte declarentur. Nam rem alienam scienter non possumus emere ut colligitur ex text. in d. §. fin. supra eod. dum inquit quod stipulari possumus rem, quæ non sit promissoris. Nec obstat, quod uenditio rei alienæ teneat si furtiua non sit. l. si in emptione §. item si. supra de cont. empti. quoniam ego respondeo quod illud procedit ignorante emptore secus sciente ut in d. iuribus quib. ita est conciliandus. d. §. item si. Et ratio rationis credo quod possit reddi, quoniam aliter præberetur ansa peccandi & inuitarentur homines ad furandum non deterrentur, si passim permitteretur res emere & deinde usua perie cuius contrarium iura maxime semper cauent. l. eum qui §. Papinianus vbi Bart. infra de furt. cum uulgaris. Nec obstat quod possit res empta deduci in stipulatione, sicut uideretur hodie fieri passim ab omnibus notariis iuxta. l. si stipulatus supra de usur. cum ibi not. Et sic per hoc non tollatur occasio fraudis, quæ non obstante hac ratione per aliam uiam poterit committi: quoniam ego dico quod in casu isto res non solet tunc tradi, sicut fit in emptione ubi pretium ideo statim numeratur, quod fures auferre festinant & sic sumpto argumento a solitis non est mirum si ita sancitum fuit. l. neque natales. C. de probat. cum gloss. quod sufficiat pro nunc, & si multa possent addi. Et ita declaro ista rationem.

Modo redeo ad doctrinam Bart. qui preter alios explicat quis sit iniustus error, & ex eius dictis primam colligo conclusionem; quæ est talis.

- 118 Error iniustus dicitur in proprio facto consistere nulla assertione aduersarii interueniente. l. quaquã, supra ad Velle. iuncta gloss. in uerbo non poterit. Quam omnes admittunt. Vos autem considerate primo, quod text. ille non probat aliquid ex istis trib. exemplis in specie, quod

quodd ponit hic Bart. sed tantum à simili.

Secundo quod videtur error iuris iste, de quo loquitur textus ille, & suadetur, quoniam non est dicendum, quod fideiussor de quo ibi diceret replicando se ignorasse, mulierem mandasse, cū esset clarum nomine mulieris interuenisse, sed potius se credere ei licere mandare quod quidem est error iuris. l. i. supra ad Velleia.

Nisi dicatis quod fideiussor ille immo dicebat ita, ut textus ibi præsupponere videtur.

Nec obstat argumentum modo deductum; nam potest responderi, quod in propria utilitate allucinari poterat arg §. i. Ins. quib. lic. man. vel non.

Tertio consideretis quod Bart. dixit, & adiunxit, ad versarii prudenter & caute, quoniam vix est dare casum in exemplis ab illo positis, & in textu nostro traditis, in quibus aliqua assertio, non existeret alicuius alterius personæ, quam Bar. negat sufficere, & per hoc verbum tollitur quod posset obiici de. l. quaquā vbi potuit interuenire aliquod factum defensoris, vt patebit siquis diligenter inspexerit illum textum Rationem autem differentiæ ponam infra in alio membro.

Aliud est exemplum Bar. iniusti erroris quādo erratur in iure, quod probatur etiam per tex. in. l. 2 §. si a pupillo infra pro empt. ex quo notate tantum ex Bart. doctrinā, qui videtur velle quod bona fides inducatur ex errore iuris, de quo infra dicitur.

Istam conclusionem limitat Balb. hic multis modis ut apud eum, quem aliter nunc non examino, & vos ad ipsum reiicio.

Solum aduertatis ad vnum, quia text. in. l. quaquā non videtur loqui de lucro, immo de damno in personam fideiussoris, vt dicitur inferius.

Secundā colligo conclusionem quod in facto proprio cū assertione aduersarii dicitur error iustus.

Primo probatur per. l. 3. pro solut. & l. 3. pro suo, afferendo exempla vt per Bart.

Secundo quoniam adhibenda est fides aduersario. l. i. supra q. act. de pec. sit ann. & no. in. l. doli exceptio infra de nouat.

Aduertatis ad primum, quoniam exemplum non procedit in emptione, in qua non sufficit, quod ego putarem esse mihi debitum tempore solutionis, vt supra fuit demonstratum nu. 115. licet Balb. hic videatur ita referre verba Barto. vt in eis continetur etiam exemplum de emptione. Nam non procederet, quoniam tunc esset iustissimus error, vt est communis opinio, & in hoc contrarius sibi fuit Balb. qui non aduertit ad hoc.

119 Ad secundum consideretis etiam, quoniam debet declarari ita, vide licet quando agitur de eius preiudicio Nam tunc præsumitur dicere verum, & nolle suum iactare. l. cum de indebito supra de probat.

Et ita intelligendo cessat, quod posset obiici de fide aduersarii suspensa, ut iura sunt clara, & istam puto declarationem esse pulcherrimam & necessariam, etsi præter omnes consideratam.

120 Tertia est conclusio quod iustissimus error dicitur ille, qui ex facto alieno oritur, cuius 4. affert exempla Barto. quorum primum est quando procurator, vel seruus nobis retulerit per. d. l. quod vulgo, quam declaretis ut supra feci nu. 116. & considerens quod tex. in l. si. infra pro suo appellat istum errorem tollerabilem, ex quo datur intel ligi, quod potius in prima collatione, quã in tertia siue in superlatiuo ut grãmatici loquuntur iste error esset collocandus, quod tamen declarandum est ex dictis supra nu. 115. & 116. & repetatis quod glos. hic tradit in versic. cum autem ubi in emptione dicit, esse necessarium iustiore errorem \* patet enim quod isti sunt termini excogitati causa doctrinæ a nostris interpretibus, qui nõ vsurpantur à l. c. sicut alii plures, ut supra terigi nu. 68.

121 Secundum exemplum est clarum, ideo non examino, & tantum loquor de tertio quod consistit in rei euidencia, quod est tamen diligentius perpendendum, quoniam etsi omnes illud admittant, tamen recipiendum non arbitror, tum quod valde est periculosum existimare ætatem ex habitudine corporis, quæ sæpe fallit ut notat in l. minor xxv. annis supra de mino, & argum. §. si. Instit. de tutel. tum quod iste intellectus ad §. si a pupillo, non potest aptari, nam certe non procederet, quando esset absens pupillus, qui per procuratorem contraheret, quod est cõtra generalitatem illius textus: Quare omissis aliis, quæ possent dici ad illum tex. \* ego declararem ita ut procedat, quoniam quando pupillus contrahit sine tutoris autoritate verisimiliter presumi, siue saltem credi possit maior, quoniam aliter pupillus præsumeretur mendax, qui dum contrahit certe asserit saltem tacite se maiore ex quo licitum non est pupillo aliter alienare. l. alienationis verbo infra de verb. signi. ut igitur euitetur illa suspitio, non est mirum, si emptor potuit credere eum maiorem, ita ut eius opinio ei prosit respectu usucapionis arg. l. merito supra pro foc. Nec obstat quod præsumptio. l. merito, sit respectu iuris intelligenda, non autem hominis, qui istud nõ videtur posse, ut nõ. Salic. in l. siue possidetis. C. de probat. Nam ego respon. quod ego non nitot in ea præsumptione tanquam à iure descendente, ita ut sit censenda ut iuris præsumptio, & eos effectus gignat quos illa solet, sed tantum ad hoc illam considero, ut ex ea possit tollerabilis error induci, qui profectò oritur ex illa assertione pupilli tacita, cui debet credi ea de causa, de qua supra sum locutus.

Nec etiam vos perturbet, quod ita considerando iustus tantum error inducatur, & non iustissimus ut est necesse intelligere loqui illum tex. Nam & si assertio ibi sit aduersarii, ex qua iustus tantum oriri solet

let vt supra fuit conclusum, per Bart. tamen hic fuit coniuncta cum il  
 la p̄sumptione modo declarata, & sic debet plus operari quam si so  
 la esset, & cum sola & per se iustum errorem pariat vt supra num. 118.  
 quod firmiter nunc teneri debet, sequitur necessario quod simul iun  
 cta debeat maiorem producere, & ita iustissimum, ne dicamus esse  
 frustratoriam adiectionem, arg. l. si quando de leg. i. & patet vniciq;  
 facit. l. i. §. 2. infra de verb. obli. & l. re coniuncti supra de lega. 3. cum si  
 milibus volentibus fortius stringere duo vincula, quàm vnum sim  
 plex.

Vltimum exemplum est de communi opinione, & optimum est, nec  
 ad rem facit, quod quidam vestrum cōsiderabat satis ingeniose, quod  
 tex. in. d. §. quod dicitur tantum affirmet quod cōmuni opinioni cre  
 dendum sit, vnde necessario non colligitur iustissimus error, vt p̄  
 supponit Bart. & magis communiter scribentes admittere videntur.  
 Nam respondendum est, prout tunc dixi, quod si verum est quod as  
 sertioni vnus debet credi, & ex ea iustus error inducitur, sequitur  
 quod quando omnibus vel plerisque fides adhibetur, debeat oriri iu  
 stissimus vel saltem iustior, qui idem est vt supra fuit probatum; su  
 mendo arg. à minori auth. multo magis. C. de sacrosant. ecle. & modo  
 allegatis. faciunt not. a Bart. in. l. admonendi supra de iureiur. nu. 48.

His ita declaratis p̄ter alios, accedo ad illationem Bart. qui indu  
 cit ad questionem de eo qui possedit per decem annos & postea ami  
 sit instrumentum, in quo continebatur titulus, quem probare per tes  
 tes etiam non potest. Dubitatur quomodo possit probare illum titu  
 lum ad hoc vt doceat se perfecisse p̄scriptionem, quæ sine titulo nõ  
 procedit vt. l. nullo. C. de re. vend. & hic.

Et respondeatis vt per eum, cuius opinionem sequitur Bal. & Ange.  
 in. l. iudicia. C. de re. vend. Balb. tamen inquit esse animaduertendum  
 qui istam questionem declarat procedere, quãdo possessio non esset  
 vi ablata, quoniam inquit ipse, tunc competeret aliud remedium, vt  
 122 per eum, ad quem vos reiicio. Sed vltterius existimo esset cogitandum  
 quoniam Bart. hic non loquitur respectu possessionis auocandæ, sed  
 p̄scriptionis probandæ, & sic respectu dominii, quod ex ea quaerit  
 ur. Quare remedium. c. reintegrandæ. iii. q. i. & l. si coloni. C. de agr.  
 & cens. lib. x. non poterit sibi vendicare locum in terminis, in quibus  
 loquitur Barto. qui de titu. probando disputat, & non de possessione  
 auocãda quæ diuersa sunt. l. naturaliter §. nihil commune, supra tit. i.  
 Et ita non esset sufficiens remedium Balb. immo postea esset ad istud  
 Bart. uecessario deueniendum.

Subdit Bart. opponens contra suam theoreticam nuper examinatam  
 de errore iniusto, per tex. in. l. sed si me putem supra de cond. inde. &  
 respondet vt per eum. Ex cuius verbis colligitur conclusio, quod er  
 ror in factõ proprio dicitur tunc demum iniustus, quando agitur de

lucro, secus quando de damno, ut in. d. l. sed sine, quæ limitat d. regulam Bart. quem sequuntur hic communiter scribentes. Vos verbò consideretis quòd ille tex. non loquitur in aliis terminis quàm. L. quãquã supra ad Velleia, ubi fideiusor ille certat de damno, quando uult cõtra mulierem agere. licet ibi glòf. aliter dicat, & sic in iisdem terminis in quibus: d. l. sed sine. Cogitetis tamèn an sustinendo Bartol. & cõmunem opinionem, possit dici quòd regula supra tradita à Barto. de errore iniusto, intelligatur respectu usucapionis, in quã est cõmunis opinio, quod agatur de lucro ut supra fuit conclusum nu. 23. quare d. l. quãquã non est inspicienda nisi ad hoc quòd error in factò proprio non sit ferendus. Obstat tamen adhuc illè tex. intelligendo eum quòd loquatur in damno uitando ut dixi. Cui, tenendo ista cogitatio an possit responderi dicendo: & declarando aliter. d. l. sed sine, uidelicet quòd ibi ideo repetit solutum per errorem in factò proprio: Non quoniam agatur de damno uitando, etenim ista ratio militat etiam in d. l. quãquã. Sed propter aliud, scilicet quoniam ibi illud erat indebitum utroque iure naturali & ciuili, iuxta regulam. l. cuius per errorem cum tua materia infra de reg. iuris. Quare factum illud proprium non consideratur, & ita intelligendo erit alia limitatio ad d. regulam Bart. ut non procedat quando ultra factum proprium, aliquid interuenit, cuius consideratio principaliter inspicitur. l. i. supra de aut. titi.

Possit fortè etiam dici, quòd ibi esset ultra factum proprium affectio aliqua ex parte recipientis indebitum, licet forte uideretur aliqua diuinanò, nisi respond. quòd colligitur istud ex eo, quòd est uerissimile & magis communiter euenire solet. l. certi cond. §. pen. & l. singularia supra si cer. pet. gloss. in. l. neque natales. C. de probatio.

Rursus cogitandum est an ad. d. l. sed sine putem quam Bart. in alia oppositè intelligit, ut dominium ibi sit tralatũ: possit dici quòd istud non colligatur in de necessariò. Etenim consequentia non. ualet dicere, est solutum aliquid, ergo dominium eius rei tralatum. l. si nummi infra de solu. quòd forte suaderi potest per uerbum illud repeterè ibi positum arg. eorum, quæ not. supra in rub. si cer. pet. Denique non esset inconueniens intelligere illum tex. de alia quantitate, & ita intelligendo, non obstaret difficultas. d. l. clauibus, supra de cont. empt. quã Bart. excitat hic. Nam in isto casu considerari non possit nec dici dominium esse tralatum. l. 2. supra si cer. pet. Et preter illam declarationem, quam tradit Bartol. hic ad d. Regulam æquiparationis domini transferendi, & conditionis usucapiendi. d. l. clauibus. Dicatis eam non procedere negatiue, sed ibi positam & conceptam esse affirmatiue sic ubi dominium transferri potest, & ibi conditio usucapiendi & sic à minori sumitur argumentum. Quam quidem regulam debemus limitare, & declarare ut Bar. hic facit, & post eum doct. tradit Aret. in §. sed iste Inst. de act. in ulti. colum. ut late per Balb. hic.

123

127

124

His declaratis, modo prosequor interpretationem gloss. & sic ad. 8. eius partem accedo, quæ est ibi & hoc erit verum. quam videatis per vos, & ex ea colligatis aliquot conclusiones.

Prima quod ubi exigitur traditio, & non sufficit adprehensio, ut in titulis inter vivos, debeat vera interuenire ad præscribendum nec factis sit putatiua.

Ratio autem huius conclusionis est, quoniam ut inquit Balbus hic, ubi verus titulus adesset, non tamen transferretur dominium sine traditione. l. si ager supra de re. vendic. & sic per consequens nec conditio præscribendi. d. l. clauibus.

125 Primo aduertatis Balbum præsupponere quod. d. l. clauibus loquitur negative quod tamen est falsum, ut modo deduxi nu. præcedenti & in hoc sibi fuit contrarius Balb. ut patet apud eum nu. 63. Secundo consideretis quoniam ista conclusio videtur destrui per text. in. l. traditionibus. C. de pactis, quia quatenus ibi dicitur primum quod traditionibus dominia rerum transferuntur, deinde subdit & vsucapionibus, & sic tanquam diuersos ponit istos duos modos transferendi, videtur velle quod in vsucapione dominium transferatur sine traditione, & licet nullus aduertat: tamen potest responderi 2. modis primo quoniam \* & si in vsucapione interueniat necessario traditio. l. si ne supra eod. non tamen dicitur transferri, seu acquiri dominium ex traditione: sed ex vsucapione, quæ oritur ex continuatione possessionis. l. 3. supra eod.

126 Secundo dato quod ex traditione transferatur dominium in vsucapione, tamen non sola; sicut in primo casu de quo in. d. l. traditionibus. Sed aliis concurrentibus, quæ in vsucapione sunt requisita, vnde non est mirum si ibi modus vsucapionis est positus tanquam diuersus ab illo.

Limitetis istam tamen conclusionem, ut non procedat in iis casibus, in quibus res erat penes emptorem, quoniam tunc non est necessaria traditio per iura hic quæ adducit Bart. videlicet in. l. qua. ratione §. in terdum supra tit. 2. & alia & c. quæ iura probant etiam quod regula communis sit in contrarium; dum inquit interdum §. i. Instit. quibus mod. re. cont. obl. & ita transit Bart. & alii hic eum sequuntur. Sed forte posset dici quod ibi traditio ficta interuenit argum. l. 3. supra de donat. inter. uir. & vx.

Secunda est conclusio quod ubi dominium transfertur sine traditione, ut in titulis ultimæ voluntatis, sufficit adprehensio, quæ tamen debet necessario interuenire, ut in titulo pro legato, herede & c. quæ probatur in. l. si non traditam infra pro lega. & ab omnibus recipitur, in qua videtur tamen dubitandum, quoniam sine adprehensione videbatur dicendum, quod procederet præscriptio. Nam si re. cta uia, & ipso iure transfertur dominium in istis casibus, & in legatarium & in here-

dem. l. a Titio supra de fur. l. cum heres supra tit. primo ergo, & vsucapiendi conditio. d. l. clauibus.

127 Sed responderi potest, quod in. d. l. a Titio fidei transferatur vt ibi no. Sed regula. d. l. clauibus non procedit in isto casu. Vel dic quod in præscriptione expresse possessio requiritur. Et ita alio modo limitatur, & declaratur. d. l. clauibus.

Subdit Accur. in 9. particula ibi sed cur, quod duæ sunt rationes quare putatiua traditio non sufficiat quas Cast. quidem hic reiicit, sed tamen eas non declarat, & nihil adducit, quare veræ dicendæ non sunt. Ideo particula ista glos. est diligenter inspicienda, vt pote quæ valde difficilis sicut etiam valde doctè loquitur, quâquã eam nullus hic declarat.

- Prima igitur ratio est ne plus operetur falsa opinio circa traditionem quàm facit vbi verus subest titulus, in quo videlicet casu non sufficit putatiua, vt supra conclusit glos. in versic. precedenti. Et hoc erit verum & c. Si igitur non sufficit putatiua traditio, quando verus interuenit titulus vt ibi ergo multo minus debet sufficere, quando est putatiua vt hic, & probatur consequentia huiusmodi ratione. q. d. Nam quando est verus titulus posset magis tolleri vt contra regulam iuris sufficeret putatiua traditio, ratione forte cuiusdam specialitatis, sed non sufficit. dd. iuribus adductis in versic. precedenti. ergo multo minus debet fieri hic, vbi titulus putatiua suberat. Nam in isto casu essent duo specialia quodammodo seu fisiones contra regulam. l. i. C. de dot. promiss. Et istam declarationem videtur sensisse Bald. in. l. super longi. C. de præscr. longi tep. versic. & ista est mens glos.

Ita loquitur Acc. hic in prima ratione, secunda autem est clara. Ideo videatis per vos, & an bene fuerit locutus Accur. patebit infra.

Colligatis ergo hinc tertiam conclusiorem quod putatiua traditio non sufficit, quæ omnibus videtur probata, sequitur enim eam Barr. Cast. Imola. Claudius, & nouissime Balbus, qui tamen rationes glos. reiiciunt, & alias reddunt vt per Castren. hic versic. 2. collige, quas licet ipse sibi adscribat: tamen ante ipsum posuit Bald. in. l. irritam. C. pro donat. in princ. versic. Sed cur tam varie, quæ rationes paulo post erit manifestum, nū quid veræ sint necne; & an possint accomodari in casu, in quo loquitur glos. hic: quæ generaliter non intelligit, sed tantum in casu quo putatiua subest titulus, vt colligitur ex eius declaratione. Limitatur tamen ista conclusio, vt non procedat in putatiua traditione, errore iustissimo interueniente, ut per glos. hic versicul. sed nunquid.

Quam limitationem recipit Bart. & magis communiter admittunt scribentes hic per tex. in. l. iusto §. filius in fin. cum glos. infra eod. qui text. loquitur in titulo pro emptore ut patet ex principio illius §. ibi emptor, quod principium debet censeri repetitum in versic. finali ibi

idem

## ff. de vsucapion.

53

idem & c. argumen. l. si seruus plurium §. fi. supra de leg. i. & ita intelligit ibi gloss. de ueritate tamen infra dicam.

Huic tamen limitationi obstant rationes glo. supra recitatae & declaratae, quoniam duae fictiones concurrerent circa idem, quod uique non est dicendum ut supra. una enim erit quod titulus fingatur ut per glo. in. l. si. infra pro leg. alia quod traditio. Nam utrumque requiritur necessarium ut supra fuit firmatum.

129 Bald. hac difficultate ductus in. d. l. super longi restringebat opinionem gloss. hic positam, ut procedat quando titulus uere suberat, secus quando putatiuus, & certe ita uidetur uelle glof. ut statim erit clarum: Et sic intelligendo cessabat difficultas duarum fictionum.

Sed Ioan. Imol. sequitur indistincte sententiam Acc. & difficultati respondet quod regula procedit quando ducunt originem istae duae fictiones ex uno eodemque fonte, secus quando ex diuerso ut hic affirmat ipse usuuenire, non tamen istud aliter declarat, & tantum adducit ea quae ipse, notauit supra in. l. si is qui pro emptore in fi. supra eo. ubi ista distinctio traditur etiam ab aliis.

Quare relinquatur dubitatio an istae duae fictiones ex diuerso fonte aequitatis oriuntur; Et breuiter dicatis, quod immo ex eodem fonte originem ducunt. quoniam semper ad usucapientis utilitatem referuntur, ut patet, & istud optime probatur licet nullus dicat in. d. l. si is qui ubi Bar. nu. 71. affert exemplum quomodo ex diuerso fonte dicantur oriri diuersae fictiones, per tex. in. l. singularia supra si cer. pe. quod certe hic non conuenit, ut apparebit omnibus Bartolum ibi considerantibus, cuius doctrina est etiam magis comuniter recepta. Et sic manet diffi cultas si uelimus sequi istam limitationem indistincte, sin autem accedere sententiae Baldi, eam restringentis, rursus obstat. d. §. filius, l. iusto.

In his angustiis cogitate si potest dici, quod textus ille loquatur quado uerus titulus praecesserat & sic ibi probetur distinctio Baldi, quod certe ibi praesupponit glof. quae uerbum emptam ibi positum non refert ad uerbum credat, sed intelligit re uera emptam rem a defuncto.

Cuius tamen intellectus mihi uidetur reiiciendus, quonia uerbum credat ibi debet ad omnia precedentia referri, si nolumus corrumpere illum tex. Ideo cogitandum est ulterius an ille tex. uelit quod traditio fuisset praesumpta seu putatiua, ut praesupponunt isti, qui limitant ita, & certe non mihi uidetur istud probare respectu illius heredis usucapientis, quoniam traditio in personam eius non potest considerari cum inuenit in hereditate, & sic inde apprehenderit. Et in personam defuncti istud dicere, praeterquam quod esset durum, non consideratur ad usucapionem ibi, cuius initium dicitur incipere in filio. Denique non uideo quomodo iustissimus error possit considerari, in qua semper factum proprium uersatur, quod repugnat iusto non tantum

iustissimo errori ut supra patet ex doctrina Bar. recitata, & examinata nu. 119. & 120.

Quam obrem dico quod intellectus Acc. ibi quod res esset emptā a defuncto vere, est reiiciendus, quoniam nullam conseret dubitationem, etiam præsūponendo quod res non fuisset defuncto vere tradita, quod est plus quā diuinare. Si enim vere est emptā, præsūptio eius est quod vere sit tradita. l. si ager supra de re. vend. saltem ex quo ei nō fuit auocata possessio. Per silentium enim & patientiam immo videtur vere tradita arg. §. interdum. l. qua ratione supra tit. 2. cum consentire in isto casu censetur; & sic non videtur posse dici interuenisse putatiuam traditionem arg. l. alienationis verbo infra de verb. sign. & l. si remunerandi §. si passus supra mand. & ista non sunt considerata ab aliquo ex interpretibus, quem ego viderim, cogitate tamen, & accipiat hęc dicta semper gratia disputandi.

130 Ex quibus patet quod ego intelligo illum text. in iisdem terminis loqui in quibus. l. quod vulgo infra pro empt. vbi nullus tamen dicit, quod in traditione fuerit error.

Alias conclusiones colligatis ex gloss. per vos, quæ cum sint claræ & planæ, ideo à me cōsulto prætermittuntur. Sicut etiam prætereo silentio id, quod tradit Bart. in vers. sed quæro, vsque ad versiculum procedo & quæro. Nam eius doctrina redditur plana ex iam supra examinatis nu. 125. & 126. & de intellectu. l. cum solus infra dicitur. Hęc quod attinet ad titulum, & traditionem.

Restant alia requisita, quorum primum, quod Bart. examinat, pertinet ad possessionem. Constituatis ergo has conclusiones.

Prima quod in dominio transferendo satis est possessio plena, secus in conditione vsucapiendi, quæ probatur. in. l. si fundum supra de fundo, dot. & in. l. sine possessione, & in. l. naturaliter supra eo. & hanc videntur etiam admittere magis communiter doctores.

Obstat primo tamen tex. in. l. clauibus, vbi ista duo videntur æquiparata.

Secundo doctrina Bar. in. l. cum vir infra eo. nu. 9. vbi ipse tradit, diuifficilius transferri dominium, quam conditionem vsucapiendi.

Respondet Balb. primo, quod non procedit ibi æquiparatio respectu traditionis, & sic alio modo limitat illam regulam. l. clauibus.

131 Sed tamen cogitare vos volo, an dici possit quod in d. l. si fundum non sit tratatum dominium secundum communes regulas juris; sed ratione cuiusdam specialitatis, fingitur ille fundus effectus mariti, sine traditione, vt scilicet dicatur dotalis, qui aliter non diceretur. l. dotale §. dotale supra de fun. dot. Et sic regula d. l. clauibus non loquitur in istis terminis.

Ad secundum respondetur quod non loquitur respectu traditionis vt ex doctrina Bart. posita in d. l. cum vir potest colligi.

Colligatis,

Secun. colligatis, quod possessio non dicitur vacua, quando res naturaliter aut ciuilitur detinetur ab alio per not. in. l. si de eo. §. i. supra tit. primo.

Hinc est quod in isto casu non prius inchoatur vsucapio, quam si fuerit amissa ciuilibis, & coniuncta cum naturali, vt per gloss. & scribentes in. d. l. i. C. de ser. fugit.

Subdit Bart. quod cautus debet esse aduocatus, & diligenter inspicere an possit probare antea alium possedisse, nam presumeretur retinuisse possessionem vsque ad x. annos, nisi probaretur contrarium vt traditur in. l. peregrin. supra tit. primo. ex quibus inferitur, quod vtique notandum est: quod ciuilibis possessio est illa quæ producit vsucapionem & propter hanc rationem non dicitur vacua, quod notetis & mandetis memorari.

3. Habetis ex Bar. quod ciuilibis possessio amittitur 3. modis animo, negligentia longi temporis, vel etiam minoris, & ad hoc videnda sunt, quæ tradit Bart. & alij in. d. l. si de eo, vbi plures casus constituuntur in quibus distinguitur inter longum tempus, & minus spatium. Communis tamen opinio\* est teste Balbo hic num. 81. quod perdatur spatium x. annorum. Quamuis Innoc. in. c. que etiam de elect. quem ibi etiam non nulli sequuntur, dicat quod ista declaratio pertinet ad officium iudicis, ne dicamus quod possessio eodem modo amittatur quo perditur dominium, quod certum est, ut supra fuit declaratum, quod perditur spatium x. annorum, cuius rationibus respondet Alex. in. d. l. si de eo. §. si forte supra tit. i. quæ opinio videtur etiam probari in. l. furum §. fundi infra eo. & hæc videatis per vos, quia non indigent declaratione.

Quarto colligatis quod misso in possessionem causa conseruandorum legatorum, non impedit vsucapionem, per. l. acquiritur in fin. supra tit. z. & l. misso infra pro empt. & l. iusto §. nam mutat infra eo. quæ iura corrupte citantur apud Bart. in nonnullis codicibus, quos ego vidi, & sic debent emendari. Obstat tamen tex. in §. si super rebus la. Diuo Pio infra de re iud. ibi vsucapioni & c. quod verbum siue intelligatur scilicet inchoanda a creditore misso, siue interrumpenda, respectu alterius, qui inchoauerit, semper obstat. Quoniam si misso operatur vsucapionem in creditore: ergo alius qui ceperit non vsucapiebat, cum duo in solidum possidere nequeant. l. sicut certo §. duobus supra comod. Secundo autem modo intelligendo vt ibi per gloss. nulla est dubitatio: quod est directo cõterarium, & è regione pugnat conclusioni Bartol.

Multæ afferuntur solutiones ibi per scribentes, vt apud Bartol. licet cuiusque inspicere, quibus nunc omissis ego intelligo illum text. simpliciter & indistincte ita respectu inchoanda sicut interrumpenda. Licet iste intellectus videatur magis quadrare uerbis illis, omnibus integris, quæ uerba opponuntur interruptioni. Nec obstat indu-

Tertia est conclusio quod vendens rem, precario possessam transe-

rat in emptorem omnem possessionem, rogando ab eo precario.

135

Huic obstat licet nullus aduertat, quod modo fuit conclusum. nam si naturalis retinetur per rogantem, cur etiam hic non idem fit? Cogite tisan possit dici quod regula supra tradita procedat quando, ante quam rogatio fieret, ipse qui postea rogauit nullum actum naturalem videlicet traditionis, gessit, sicut videtur hic gessisse, vendendo rem, nam postea rogando precario ab emptore, nullam potest retinere possessionem per actum factum rogationis precario, cum iam fuerit vere in eum emptorem possessio naturalis translata, quæ amplius reuocari non potest arg. l. 3. §. quod si seruus supra titu. primo.

Quæ solutio non mihi omnino satisfacit, quoniam hic recte inspicendo non apparet facta traditio, ex qua possessio naturalis transferatur, immo potius videtur negare istud Bart.

Quare forte melius est respondere, quod post celebratam emptio-

nem, venditor rogans precario, censetur transferre possessionem & tradere emptori, sibi que tantum detentionem referuare, veluti colonus. l. quædam mulier supra de re. vendic. Quæ responsio si vera est, limitat id, quod fuit conclusum modo de constituto cum clausula precarii.

Non tamen audacter istud dicatis, quoniam non caret dubitatione, nam ex doctrina Bart. colligitur hic, vt expresse aduertit Balb. quod conductio & constitutum simplex non differunt, vt infra etiam ego quoque ostendam, secus cum clausula precarii.

Quarta colligitur quod creditor non possidet quod attinet ad præ-

136

scriptionem, secus quatenus pertinet ad reliqua. d. l. serui nomine, quæ conclusio est perspicua, & nullam continet difficultatem. Noretis tamen obiter hinc, quod debitor ex quo non conuenitur reuindicatio ne vt in. d. l. serui nomine not. non videtur etiam posse vsucapere, cum civilis ex hoc non videatur esse apud eum, sicut est necessarium. l. i. vbi gloss. C. de ser. fugi, videatis tamen gl. in. d. l. serui nomine tex qua haurietis solutionem ad hanc difficultatem.

Quintam habetis ex Bart. quod nulla est utilitas aut modica huius questionis respectu præscriptionis, ex quo creditor ad hoc non possidet. d. l. serui nomine, id quod certe non fugit Bartol. vt patet ex eius verbis positis in extrema parte huius questionis, quæ sunt clara.

Sexta quod constitutum cum clausula precarii est utilius constituen-

137

ti, quam simplex. Circa hoc tamen aduertatis ad verba Bartol. qui videtur velle seu saltem presupponere, quod rogatus precario, non possideat animo, & sic civilis penes eum non maneat, quod probatur, quoniam domi de simplici constituto loquitur inquit quod tunc creditor animo possidet, ergo secus quando cum clausula precarii. cum præ-

omnino, cum civilis hæreat naturali ut supra fuit declaratum, & ideo optime dixit Bart. non omnino animo.

Septima est quod simplex constitutum, & conductio sunt paria, quoniam sicut per constitutum omnis possessio transfertur, ita & conducentem proficisci arg. l. singularia cum ibi notat, supra si cer. pet. & l. 4. supra de don. inter ui. & ux. & ita procedit tex. in l. quidam mulier supra de rei uend.

Sed hic pulchre posset dubitari, quid iuris si iste uenditor possidens nomine emptoris, rem transferret deinde in alium? Et quamuis nullus hic istam difficultatem tangat, considerabam ego an possit dici quod in isto casu res fuerit uitiata, ut supra negauit Bar. in alio casu in eadem questione proxime declarata, & quidem breuiter dicatis me existimare competere emptori primo, remedium. l. si. C. de acquiren. posses.

Subdit deinde Bart. & hæc uera sunt quando possessio erat apud eum sed quando dubitaretur apud quem esset, uel apud alium esset, inquit ipse, dic. ut declarauit infra in l. cum solus. eo. tit. Ex quibus uerbis hic nonnulli limitant textum nostrum, ut non procedat quando possessio & titulus habetur à diuersis. Quæ limitatio mihi nullo modo placere potest.

Primo quoniam Bart. istud non uult si recte perpendatur.

Secundo quod l. c. hic loquitur de tit. pro legato in quo clarum est titulum haberi ab uno, possessionem ab alio, uidelicet ab herede & de functo, ut clarum est infra per tit. pro hærede.

Qua propter etsi nullus consideret ita illum textum, tamen uidetur confundere intellectum communem ad l. nostram, quod titulus putatiuus iusto errore interueniente, sufficiat ad præscribendum. Nam illæ solutiones, quas ibi tradit Accu. sunt alienæ à uerbis illius textus, & ratio ibi posita repugnat ut per se unusquisque considerare poterit.

138 Quare dicatis breuiter quod ibi ideo non procedit usucapio, quoniam erat uitium seu defectus in possessione, quæ apud ipsum reperi non poterat, & ideo optime ibi inquit l. c. quod possessum est ab herede, & in sine quod possessio ueri heredis obstabit. Duo enim in solidum possidere non possunt, sicut certo s. duobus supra com. & ubi est ueritas in contrarium euidentis & clara, ibi fictio locum habere non potest. l. filio, quem pater, supra de lib. & posth. Cum igitur uerus heres possideret, non potest illud idem à putatiuo herede fieri, & istud sibi uoluit iuris. in illa ratione bis ibi repetita. Non est ergo mirum si ibi ille iustus error, qui uidetur induci ex fide habita uero heredi declarando ut supra per Bart. non pariat usucapionem.

Sed tamen contra istum intellectum obstare uidetur, quoniam uer-

rus heres voluit transferre possessionem in illum putatiuum vt ibi patet; & sic ex hoc censei potest habere animum dimittendi possessionem, & sic desinere ciuilitate possidere arg. not. in l. peregre supra titu. primo. cum ergo naturalis sit iam penes illum putatiuum heredem, videtur quod etiam ei accedat ciuilitas, argumen. eorum quæ diximus supra per not. in l. interdum §. si. supra titu. i. & per glos. in l. i. supra usufr. quemad. caue.

139 Sed responderi potest quod ista consideratio est contra illum tex. & ad argumentum respõdeatis quod est ratio differentie. ad hoc enim vt desinat possidere ciuilitate, debet concurrere, quod ipse non deciperetur, & quod illud procedit quando veritas non est in contrariu, per d. l. filio quem pater. in quo casu ius aliter censet.

Et iste intellectus probatur etiam ibi in illis verbis ita tamen verum est & c. vbi limitat l. d. quod dixit, non procedere in transactione, in qua ratio manifesta differentie apparet. Quoniam in isto casu non nitetur ille in possessione pro herede, quæ vacua non erat, vt supra deduxi nuper. Sed in alio titu. quo possidebat. Et istura puto esse germanum, & verum intellectum ad illum tex. quem puto clarius & melius declarari hoc modo, quam ibi per Bar. & alios, vt videre est, etiam apud Bald. in l. nullo. C. de rei vend. vbi multa ponit ad eius declarationem pertinentia, quæ per vos videre potestis.

Aliud requisitum erat, quod bonafides interueniat vt supra, & probatur hic & in l. ii. C. de præscri. longi. temp. de qua Bar. agit nunc, & quæ quæ dubitari posset quæ nam diceretur bonafides, & multæ afferri diffinitiones vt per Balb. in tract. de præscri. tamen pro nunc accipiamus bonam fidem ita, vt dicamus esse bonam conscientiam quandam, vt colligitur ex c. si. ex. de præscri. iuncta ibi glo. Si quis tamen velit diligentius hoc videre, adeat Balb. nuper citatum, in secundâ parte, tertie principalis sui tract. & tex. in l. bonæ fidei, infra de verb. sign. & in l. qui a quolibet supra de conti. emp. Quæ bona fides in vnoquo-

140 que presumitur inquit Bar. vt habetur in l. pe. C. de cuius. in illis verbis probare debes & c. & ista opinio hic, inquit Bart. probatur omnibus, quemadmodum etiam deinde fuit postea magis communiter recepta auctore Balbo hinc nũ. 96. Mihi tamen plurimum negotii videtur facere text. in l. pe. C. de præscri. longi. temp. ibi probetur. vbi videtur velle quod bonafides non presumatur, cum probanda sit, & dicere vt gloss. ibi quam plerique sequuntur quod probatur eo ipso, quod non ostenditur contrarium. non mihi satisfacit.

141 Cogitatis tamen an possit aliter responderi, videlicet quod illud verbum probetur referendum sit ad tempus tantu, scilicet x vel xx ann. cuius ibi antea meminit, non ad omnia præcedentia. i. ad bonam fidem, & sic non obstat.

Primo conclusio ista ampliatur vt procedat etiam si iniuste cretur,

per tex. in l. igitur §. potest supra de lib. ca. sufficit enim carere dolo etiam si lata culpa sit, vt habetur in l. i. §. dolum supra de dol. cum aliis iuribus supra citatis similibusque.

142 Aduersatur tamen huic ampliationi doctrina Dini in. c. qui contra de reg. iur. in. 6. & quod voluit Bald. in. c. si diligenti extra de præscri. quatenus ibi concludunt\* quod error facti inducat bonam fidem, secus iuris, qui dicitur iniustus, vt supra fuit examinatum & firmissimum vnâ cum Bart. per tex. in. l. si fur §. i. infra eo. Imo. hic respondebat, quod est distinguendum inter præscriptionem longissimi temporis, & longi tantum. Et in primo casu cum titulus nõ requiratur necessario; nec verus nec putatiuus. l. si quis emptionis. C. de præscri. 30. vel 40. tunc procedat ista ampliatio, ex opinione Bart. In secundo vero casu, sit contrarium verius; & vendicet sibi locum opinio Din, & Baldi.

Quam conciliationem sequitur Balb. hic nu. 96. Vos autem aduertatis, quoniam videtur contra hunc tex. in quo ad erat bona fides ex iniusto errore orta, vt communiter declaratur, & tamen hic agebatur tantam de præscriptione longi temporis. Quare ommissis aliorum dictis, sic respondendum esse censeo, dicendo quod error iuris nunquã pariat bonam fidem. d. l. si fur infra eod.

143 Non obstat quod error iuris sit error iniustus, vt supra diximus, ex quo bona fides oriatur: quoniam in isto casu distinguendum esse arbitror, & dicendum\* quod duplex videtur esse error iniustus, vnus quãdo ius non resistit actui siue contractui, alius quãdo ius resistit: & isto modo vltimo considerando dicitur error iuris, qui est error iniustus, ex quo non oritur bona fides, nõ accepta pro bona conscientia carente dolo; quoniam tunc non esset verum quod dixi, sed respectu iuris, quod istam bonam fidem non præsumit, quando erratur in iure, & ita credo quod possit tolli ista difficultas.

144 Et ex hac solutione habetis etiam notare, quod duplex considerari potest bona fides, vna respectu doli, & ista etiam ex errore iuris potest oriri. Alia respectu iuris quod tam non præsumit: & sic in primo casu, procedit doctrina Bart. in secundo vero, quod notat Din. in. c. qui contra, & hæc non sunt aliena a mente Din. si recte, & subtiliter consideretur, & eliciuntur ex d. l. si fur, & l. 2 §. si a pupillo infra pro empt. nullus tamen ita declarat.

Secunda est ampliatio vt procedat etiam quando nullus titulus procedit, & probatur per. l. si quis emptionis §. i. de præscri. 30. vel. 40. vnde ibi gloss. in verbo tenuit, quam ampliationem etiam admittunt magis communiter interpretes hic teste Balbo nu. 104. Et in l. super longi. C. de præscr. long. temp. vbi Bald. & Angel. & in. c. si diligenti extra eodem.

Solus Imola hic, & in. c. si. de præscrip. conatur sustinere contrariam partem tanquã veriore, & sic quod sine titulo non præsumatur, vt per

145

per eum. qui ad fundamentum Bar. respondet, & ad l. si quis emptio nis quod ibi habetur, quod bona fides potest stare sine titulo. Sed non quod praesumatur, cuius considerationem approbat Balb. hic, vos autem animaduertatis, an possit primo responderi sustinendo commune, quod si potest stare bona fides sine titulo ergo videtur sequi quod etiam debeat praesumi. quoniam si ipse affirmet eam habere adhibetur fides eius assertioni ut per gloss. in §. alia Inst. de act. difficultas autem illa videtur esse, an sine titulo posset reperiri, quod cum probetur, & Imol. admittat, in. d. l. si quis emptionis, non videtur posse negari ista consequentia, & tamen nullus ita declarat.

Secundo. l. pe. C. de euct. videtur hanc probare in illis verbis probare debes, videlicet quod etiam sine titulo praesumatur bona fides, na ibi mentio tituli non apparet facta in praecedentibus verbis, nisi quatenus actor affirmabat stipulato rem habere malam fidem, propter cautionem de euctione interpositam, ergo illa ratio intelligenda videtur generaliter, sicut etiam prolata videtur.

Tertio & ultimo consideretis an possit dici pro opinione Bar. & communi quod si bona fides praesumitur, ubi etiam vere non adest, ut colligitur ex iam praemis, quoniam potest absque dubitatione admitti probatio in contrarium tanquam contra praesumptionem iuris tantum ut habetur in locis vulgaribus. ergo multo magis praesumi debet in casu. l. si quis emptionis, in quo vere adest sumendo arg. a minori auth. multo magis. G. de sac. eccl. Ita quidam uestrum satis ingeniose considerabat. Sed tamen in. d. l. si quis emptionis, non agitur de presumenda bona fide. Nam ubi adest non est opus coniecturis, super quibus nititur praesumptio ut per Alc. in tract. praesum. l. continuus §. itaque infra de verb. obl. Et sic ratio diuersa est, in ter casum in quo adest, & casum quando non adest bona fides, quoniam in isto ultimo possunt nihilominus concurrere coniecturae in quibus nititur, & non in veritate. ergo inferri non potest ex vno ad aliud, tanquam ex diuersis & sic arg. a minori non sibi vindicare potest locum. l. si. de calumn. cum similib.

Limitatur ista ampliatio ut procedat quando nullus antiquior possessor appareat, in quo casu bene praesumi potest sine titulo bona fides. secus quando apparet alius, qui rem prius possederit. Ratio est quoniam in isto ultimo casu secundum Barto. optime potest allegari quod tuum non est scire debes ad aliam modis omnibus pertinere. l. si. C. un. vi. Sed in primo minime, ita sentit Bar. qui text. in. d. l. sin. restringit ad istum casum, cuius opinio est magis communiter recepta, ut notat Felin. in. c. si. diligenti de praescript. in. 2. colum. licet ibi dicat quod contraria sententia, quam secutus est Imola hic, sit de iure venior.

Pro veritate eruenda huius difficultatis inuestigandum est diligen-

ter quod sibi velit illa. l. fi. \* & procul dubio considerando uerba illius principii, non potest negari quod non loquatur quando res erat adprehensa sine tit. cuius occupator dicitur ibi etiam prædo, dum postea subdit quod ille occupator debebat scire quod suum non erat ad alium &c. probat quod erat in mala fide, quoniam ignorantia illa erat supina & nimis crassa causa, ut ibi, si ergo in mala fide ille uersabatur, quomodo potest ibi præsumi bona? certe istud uidetur contra illum textum ita inductum. Et uelle postea restringere illum, quando alius apparebat antiquior possessor, non mihi uidetur, posse procedere, quoniam nec uerba eius, nec generalitas possunt pati istam restrictionem, & præcipue cum sit una ex. 50. illis Iustiniani imperatoris constitutionibus, quæ generaliter loquuntur, non ad factum aliquod contingens fuerant promulgata, ut est notissimum.

Imo repugnat, primo quod quando illa uerba proferuntur scire debet &c. non habetur respectus ad aliquam personam, sed ad occupationem possessionis.

Secundo potest istud probari, dum ibi inquit uacuum absentium & sic non erat ille præsens.

Tertio quod in fine dicit quod spatio 30. annorum acquiritur, ergo bona fides ibi non erat, quoniam satis fuissent xx. anni. d. l. si quis emptionis.

Quarto & ultimo contra Bar. considerari potest quod not. Imo. hic, nam si conceditur antiquiori possessori allegare illam rationem, scire debet rem, quare etiam non alteri?

Sed tamen his non obstantibus, à sententia Bar. non puto esse recedendum, quæ probatur optime ibi.

Primo in illis uerbis nec domino &c.

Secundo ibi aduersus domini uoluntatem, quæ uerba ostendunt esse præsupponendum ibi extitisse, & apparere antiquiorem possessorem, alioquin non bene procederet similitudo illa, ut iura sunt uulgaria.

Non obstant modo ea, quæ considerabam pro contraria parte, quoniam ad primam ponderationem uerbi absentium; Resp. potest quod intelligit, respectu temporis occupatæ possessionis, & non postea, quâdo existit antiquior possessor, cuius consideratio haberi debet.

Minus facit quod nullum fiat ibi uerbum de hoc. Nam respondetur quod debet necessario præsupponi præcedere tanquam habile, & exsequentibus uerbis ibi positis, in quibus æquiparatur illa occupatio furto, elicitur arg. l. qui testamento supra de testa. c. i. de eta. & qual. quæ æquiparatio non esset bona, nisi adesset antiquior possessor & sic dominus. Et ita ad aliud etiam respondetur de præscriptione 30. annorum. Nam debet intelligi eodem themate retento uidelicet quâdo antiquior possessor aderat in quo casu mala fides probatur. Quod

neque

neque nego neque communi opinioni repugnat. Ad vltimum dicatis  
 148 quod ratio differentie est ista, nam ideo tertius non potest obiicere  
 illam rationem. Quod tuum non est scire &c.

Quoniam in isto casu deberet probare se antiquiorem possessorem,  
 & sic tunc pertrahari non potest de presumenda fide bona, vel mala,  
 ut patet ex diffinitione presumptionis iuris tantum apud Alciat. in  
 tract. de presumpt. in prin. Nam probatio hominis excludit eam, quae  
 posita est tantum in coiecturis. l. licet imperator supra de leg. i. Et ista  
 declarationem credo ego non esse praeter mentem Bart. ibi, quem se-  
 quitur Salicet. Ex qua patet quod ille textus, non loquitur de presum-  
 ptione bonae vel malae fidei. Sed de veritate, dum inquit quod occupator ille habet malam fidem  
 unde non sequitur statim quod ideo presumatur, ut est clarum ex iam  
 praemissis.

Vnum praeterea est notandum, quod videtur facere negotium ver-  
 bis Bar. Nam ipse vult quod adhibeatur fides conscientiae istius, quod  
 nihil aliud videtur esse, nisi quaedam probatio, quae oritur ex eius di-  
 ctis ergo non presumptio. d. licet imperator & traditur in l. scien-  
 dum infra de verb. oblig. & in l. siue possidetis. C. de proba.  
 Et dicere quod bona fides quidem presumitur, sed tamen debet alle-  
 gari. l. si adulterium cum incestu §. i. idem Pollioni infra ad l. i. de  
 adult. non est respondere ad argumentum; sed tantum defendere  
 seu declarare mentem Bartoli non fuisse alienam ab ista limitatione,  
 quod bona fides presumatur videlicet, si tamen allegetur, communi  
 recepta, ut hic per Balb. nu. 99.

149 Quare melius est respondere quod ista assertio non dicatur, proba-  
 tio, cum sit licitum unicuique istud facere, argumento eorum quae no-  
 ta. in. c. in praesentia, de probationib. cum vulgaribus.

Alias limitationes videatis per vos hic apud Balb. quia sunt clare.

Hae in rebus corporalibus vendicant sibi locum, quid autem iuris  
 sit in incorporalibus Bart. hic non examinat, sed refert se ad tradita  
 in. l. i. §. i. infra de iur. actu priua. Ego vero tantum hoc in loco de-  
 ereui differere de actionibus, & sic ea hic perpendere, quae Barto. exa-  
 minauit in l. sequitur §. si viam supra eo. ex quibus perspicitur, quod  
 fundamentum huius disputationis consistit in hoc, videlicet an. c. si  
 extra de prescrip. & c. possessor malae fidei. correxerit. l. sicut, & l. cum

150 notissimi. C. de prescri. 30 vel 40. ann. quae iubent, quod omnis actio  
 spatio 40. annorum tollatur, etiam mala fide interveniente.

Et Bart. quidem tenet, ibi, quod iura ista civilia a dispositione. c. fin.  
 correctae non sint, mouetur, quod de illis loquuntur de praescriptione

151 rerum corporalium, ut patet ibi ex verbo rei, quae proprie dicuntur  
 possideri. l. 3. supra. in prin. non de incorporalibus: Ratio differen-  
 tia est perspicua. Nam in incorporalibus praescriptio oritur ex mera



154 Secundum an in isto casu dicatur prescriptio. \* Et quod attinet ad istud ultimum tex. in l. sicut. probat quod debitor dicatur prescribere, quod si verum est ergo etiam primum clarum erit quod peccet per d. c. si. quae consequentia rursus probari potest ex alio videlicet considerando quod debitor semper ipso iure manet obligatus, licet per exceptionem effectus obligationis possit tolli. l. obligationum. §. placet infra de action. & obligat.

Si igitur quando convenitur opponat exceptionem prescriptionis sibi competentem, virtute. d. l. sicut, nullus negabit, quod tunc non peccet quoniam eum habere malam fidem, dum nititur in presidio prescriptionis quod dicitur iniquum auth. vt eccl. Roman. §. habeat itaque est manifestum, ergo fit locus dispositioni. d. c. si. cuius ratio proprie hic vigeat. Nec obstat quod bonum pacis perturbari videatur, quoniam ego respondeo istud esse falsum; propterea quod militat tantum in rebus corporalibus, in quibus lites, & rixae erunt futurae, & res negligi poterunt considerando vt supra; Secus in iuribus & actionibus, in quibus ratio est istam rerum contemptarum, & litium non credo posse considerari, cum quod nulla dicitur eorum possessio, tum quoniam debitor statim tenebitur solvere, & quod attinet ad hoc non poteri aliqua oriri controuersia.

Et ita inspiciendo potest defendi, quod l. sicut & l. cum acutissimi hodie à iure canonico correpta sint. \* Et huius quaestiones magnus infertur effectus, qui est quod dispositio ista, d. c. si. sit inspicienda in foro civili & contentioso per doctrinam Bart. in l. privilegia. C. de sacra. san. eccl. facit b. pervenerabilem, qui filii sint leg. & plura alia videranda

156 in tradita ibi ab Alexandro additionibus; & praecipue istud verum est, quoniam hic agitur de salute anime, & ad rem etiam in temporalibus servatur ius Canonum vt in c. Rainuus notat. extra de testa. iudic. si

157 quoniam hic agitur de salute anime, & ad rem etiam in temporalibus servatur ius Canonum vt in c. Rainuus notat. extra de testa. iudic. si

Et haec pertinent ad huius fidem, sed maxima superest dubitatio, quomodo male possit probari, cum in animo consistat, cuius declaratio pertinet ad eum, qui habet vt glossa in §. alie Insti. de actionib. qui semper ob propria utilitate poterit fingere id in mentem gerere quod sit falsum.

In hac difficultate Bart. adducit, exemplum in quibus probatio male fidei induci potest, quae recipiuntur passim, & magis committitur. Et tamen nonnullae difficultates ex eis oriri possunt.

158 Nam quod dicitur primum attinet, & obstat, quoniam simpliciter denuntiationi non sit credendum, ne detur ansa turbadi contractus alicui, qui forte propter desiderium adipiscenda illius rei possessionis, haec potuerit probare, ubi quod ad rem te inducitur est adhibenda, fidei relationi tertia vt videtur probari in l. si dicam §. si composses vbi gl. supra de iurisdictionib. & in l. si quis inficiatus, supra de positi. facte quod

a duerario creditur. l. quæsitum supra quan. act. de peculio ann. sit. eo  
 quia agitur de eius præiudicio, ut supra declaravi, & sic præsumendū  
 nolle suum iactare. l. cum de indebito supra de probat. quæ ratio hic  
 cessat, & alia contraria militat. Et ita tenendo non obstat text. in. d. l. si  
 159 fundum. C. de rei vend. \* quoniam immo potest retorqueri, conside-  
 rando, quod si ex sola denunciatione facta induceretur præsumptio  
 malæ fidei, non bene ibi dixisset imperator sub conditione, si fundum  
 non recte compara uit facta denunciatione & c. ut ibi patet. quoniam  
 absolute debuisset dicere, quod fundus non recte fuerit cōparatus, si  
 ex sola denunciatione præmissa mala fides, & conscientia rei alienæ in-  
 duceretur. Ratio est quoniam ex hoc esset certum, quod contractus  
 non valeret, & sic non recte in casu isto celebrata fuisset emptio, ut no-  
 tat. in. l. 2. infra pro empt. & in. l. 3. infra pro soluto.

Cum igitur utatur illa dictione si, quæ inducere solet conditionem  
 ut not. in rubri. supra de cond. & demonst. ergo etc. \*

160 Secundò pondero illum text. ibi quos mala fide & c. ubi præsupponit  
 imperator quod potuissent fructus etiam bona fide percipi, quod  
 utiq; intelligendum est retendo eodem themate, ergo probatur quod  
 mala fides non fuit inducta ex denunciatione, nam si mala fide rem te-  
 nebat, ergo eodem modo, mala fide fructus etiam percipiebat cū idē  
 debeat censi de fructibus, quod de re principali. l. fructus supra de  
 rei. vendic. l. Iulianus §. fructibus supra de actionib. emp. Bal. in. l. iiii.  
 C. de iu. dot. & malæ fidei possessor fructus nō percipit, ut nō. Bar. in. l.  
 ex diuerso supra de rei vendic. & est iex. in. l. bonæ fidei & in. l. a deo §.  
 nam si sunt. supra tit. 2. notat Bald. in. l. si quis sciens. C. de rei vendic. \*

Qui intellectus iuuatur, dum ibi inquit quos mala fide fuerit proba-  
 tum. Nam ibi verbum probatum ostendit quod præsumptio non ef-  
 fet malæ fidei. Aliter enim non fuisset opus probatione, ut ibi præsu-  
 ponitur, sicut clarum est etiam supra deductis. Præsumptio n. dicitur  
 liquida probatio. l. licet imperator supra de leg. 2. \*

161 Retinendo \* tamen istud primum exemplum Bar. & eius intellectu  
 ad. d. l. si fundum, qui videtur colligi & probari ex illis verbis vel alio  
 modo mala fide contraxit.

Ad considerationes in contrarium nuper à me adductas, ita respon-  
 derem. Et ad primam quod fides adhibetur ei quoniam denunciatur  
 tanquam dominus, qui affirmat ad se pertinere ut probatur in. d. l. si  
 fundum ibi vestrum, quare si eius dictum reperiretur falsum, punire-  
 tur tanquam diffamator argum. l. diffamari cum materia. C. de ingen.  
 manum. \*

Et sic præter alios declaratur & sustinetur istud primum exemplum  
 Bart. quod videlicet mala fides probetur si ei fuerit denunciatum. \*

162 Ad ponderationem primum. d. l. si fundum \* responderi potest. 2.  
 modis primo, quod illa dicitio si non ponatur conditionaliter, sed cau-  
 satu

fatue pro quia ut sepe alibi Bartol. in l. Lucius, supra de vulg. & pup. not. in l. 3. supra de leg. i. & in d. l. j. de con. & demost. & sic ut sensus, quod facta denunciatione fructus recte non sunt comparatus, secundo quod loquitur quidem sub conditione & sic proprie dictio illa si sibi ponatur, sed non referatur ad emptionem fructus, sed ad denunciationem quasi dicat, si verum est vos denunciasse. Nam imperator prudenter, & merito poserat de isto dubitare, cum ibi non appareat probata denunciationem precedentem, quare non semere factum alienum ipse debuit asserere ut per Bart. in l. nemo est qui nesciat, infra de duobus re. Ad secundam ponderationem respondeatis, quod argumentum male fidei de re ad fructus valet, quando non adest titulus, secus hic ubi aderat ut patet apud Bart. & in d. l. si fundum. Est ita procedit, quod dixit Bald. in d. l. ad eo in fin. hoy, rudo, i. Bartol. qui dicit

Ratio autem differantia est, quoniam quando adest titulus, potest credere verisimiliter sibi licet percipere fructus, & dicitur bona fides circa illud, etiam si iniuste erret. Ligitur §. potest supra de liber. cau.

Quæ solutio non omnino & penitus satisfacit, cum ibi dicat fuerit probatum. Nisi replicemus quod ideo dixit, quoniam sit præsumptio ut ille qui possidet cum titulo percipiat bona fide, ut declaravi nuper.

Contra quam tamen præsumptionem admittatur probatio in contrarium, veluti tabquam iuris tantum, ut est clarum per notat in l. sciendum infra de verb. oblig. & in locis vulgaris. qui dicit, ad d. de verb. oblig.

Vel tertio respondeatis, quod ideo ita est locus quoniam imperator non affirmaverit ut modo dixi denunciationem præmissam, ut illi assertebant, merito ergo debebat probari fructus mala fide fuisse perceptos. nam orta non erat plena probatio ex illa assertione iam deducta, ut patet in d. l. si fundum. si fundum, in d. l. si fundum, in d. l. si fundum, in d. l. si fundum.

163

Secundum exemplum est quando quis coram aliquibus dixerit se sciuisse rem esse alienam, & ratio est quoniam præsumitur in mentem habuisse. l. labeo, supra de supple. legata. Sed bona & mala fides consistit in animo, immo nihil aliud est, nisi conscientia bona, & mala. ut in d. c. si. notat. ergo &c. in d. c. si. notat. ergo &c.

Potest comprobari, nam si bona fides præsumitur quando quis asserit ita habere in mentem §. aliter ubi gloss. In l. de actionib. etiam quando iniuste erret. Ligitur §. potest supra de liber. cau. ergo, & mala eodem modo probari & induci potest. etenim contrarium est eadem disciplina §. i. In l. de his qui sunt su. vel al. iu. & not. in rubrica supra tituli.

Sed tamen posset dubitari quod attinet ad illud exemplum, an procedat indistincte etiam quando quis forte per jocum ita dixisset, & certe. d. l. labeo non loquitur in isto casu, immo non solum quando seriã rem agebat, sed in eo casu, in quo erat in actu disponendi sicut est vlt.

ultima voluntas ut est clarum. l. i. supra de testam.

Præterea verba prolata iactantæ gratia nō inducunt obligationem ut not. nonnulli in. d. l. Labeo & Socin. Junior, in rubrica infra de verbor. obligat.

Denique gloss. in. d. §. alia loquitur quando verbum parti profertur quod tamen hic est dubium, an ita sit intelligendum immo Bart. præsupponit, quod etiam quando adessent alia personæ, istud esset verū, ut patet apud eum. Facit pro ista consideratione. l. fin. supra de interrog. actionib. vbi confessio facta in iudicio, prodest tantum præsentibus, ergo multo magis istud procedere debet in casu nostro argum. l. cum ostendimus supra de fideiussor. tuto. nam si istud in iudicio servatur, ergo multo magis in casu nostro videlicet extra iudicium, propter eius calorem & robur, quod solet pacta nuda & alia infirma rata, & valida reddere, ut not. in. l. iuris gentium. §. igitur nuda supra de pac. & in §. i. Instit. quib. mo. re cont. obl.

Et ita considerando exemplum istud, videtur infringi, aut saltem restringendum esse, ut non procedat in istis duobus casibus de quibus tamen nullus facit mentionem.

Sed his non obstantibus non puto tamen esse discedendum à sententia Bartoli, eam declarando ut statim dicam, quæ nititur in hoc quoniam bona, & mala fides potest probari quibuscumque indiciis, ex quibus colligatur mentem ita fuisse, ut patet ex iam deductis.

Nec obstat. l. labeo ita ponderata, quoniam respondentur eam adductam esse in argumentum, & non considerādo ibi omnia, quæ in aliis partibus eius dicuntur, quæ loquuntur in aliis terminis scilicet de inducenda obligatione quæ ex consensu plurium constat. l. i. supra de pactis. Secus hic vbi tantum agitur de vnus animi declaratione, & ita distinguendo potest tolli etiam inductio. d. l. si. de interrog. actionib. Et quamuis posset probari per indicia certiora, conscientiam rei alienæ nō habuisse, & si ita locutus fuerit, sed potius illud egisse, & protulisse ut emptores deterreret à contrahendo, quo ipse vilius emere posset, tamen responderi posset quod per hoc non sit discedendum ab exemplo Bart.

Nam ista esset potius probatio in contrarium, quā confutatio, quod ita non præsumeretur, quoniam & si ipse loquatur per verbum probari, tamen ego intelligo per præsumptionem, quæ dicitur liquidiissima probatio, cōtra quam tamen probari potest ut dicitur de præsumptione iuris tantum, ut supra deduxi, & not. in. l. siue possidetis. C. de probat.

164 - Sic etiam potest dici ad considerationem de verbis per iocum prolatis. Nam non ideo minus esset præsumpta mala fides, & sic onus probandi bonam transferretur in personam aduersarii ut est eius hæc sententia per not. à Bart. & aliis in. d. l. siue possidetis. Et hæc omnia hic diligenter

ligenter animaduertenda, quoniam à nemine tanguntur, & tamen in  
ximam lucem afferunt verbis & doctrinæ Bart. quem magis comuni-  
ter alii hic sequuntur.

165 Vltimum est exemplum, & sic tertia conclusio, quod si fama erat in  
illa vicinia, vbi emptor incolebat rem fuisse alienam, & non vendito-  
ris, quod tunc inducatur seu probetur mala fides. Ratio est quoniam  
vicini præsumuntur scire facta vicinorū c. quanto de præsum. qui tex.  
non probat istud: Sed tantum dicit quod non rō absentibus præsumitur  
etiā clarum, & manifestum vicinis, non quod vicini præsumantur scire  
simpliciter facta vicinorū, quæ non essent alijs cognita: Ad hoc tamen  
videnda \* sunt tradita à doctoribus in. l. i. supra si cer. pet. & præcipue  
à Paulo Castr. qui optime istam regulam explicat, & quamuis omnes  
transcant cum isto exemplo Bart. vt nouissime Balbus hic testatur, ni-  
hilominus ego propono aliquot difficultates, prima quod cum bona  
fides consistat in animo, vt supra fuit probatum, nõ sequitur si alii cre-  
dunt communiter ita, vt ego etiam eorum sententiam probem. Nam  
Nam ista sunt diuersa, & ex his inferri non potest. l. si supra de calum-  
niat.

Sed tamen ego respondeo, quod ex ista fama præsumitur ita crede-  
re etiam emptor, & dicenti contrarium incumbit onus probandi. l. v.  
rius supra de probation. quod non est ita intelligendum, vt non possit  
admitti probatio in contrarium, sicut ego intelligo istud Barto. exem-  
plum & puto non esse præter mentem eius. Nam fingamus quod iste  
emptor haberet apud se aliquod instrumentum per quod probaretur  
venditorem fuisse dominum vel aliunde acceperit: certe quod in  
isto casu ego dicerem, quod maior esset vis istius præsumptionis, quæ  
ex instrumento oriretur, quàm illa quæ ex fama ita habita in vicinia.  
166 Et in isto casu essent duæ præsumptiones contrariæ inter se vna in ge-  
nere alia in specie, quare vna ab alia trudetur. l. cum de indebito ubi  
Barto. supra de probation. & istud puto ita verum, vt etiam procedat  
quando instrumentum esset falsum, cum pro eo magis præsumi de-  
beat vt nõt. Bart. in. l. in exercendis. C. de fid. instrument. & in. l. admo-  
nendi supra de iurciur.

Et iuuatur ista consideratio, quoniam tantum facta successiua præsu-  
mitur vicinus scire, non autem momentanea, sicut est in casu isto, vt  
Castrensis tradit in. d. l. i. supra si cer. petat.

In vltimo requisito, quod est, vt possessio sit continuata, ex doctrina  
Barto. vsque ad versiculum sed circa, constituo has duas conclusiones,  
167 Prima quod continuatio possessionis probatur per collectionem fru-  
ctuum per text. in. l. Titia. infra de solutio. & l. Limbus. C. de agric. &  
cenfit. lib. xi. quam etiam ego putem esse verissimam, quoniam colligere  
fructus nihil aliud est, quàm possidere argum. l. i. supra tit. i. tamen co-  
siderandum est, quod. l. Titia. non videtur probare.

Et enim colligitur ibi, quod officium quidem possessoris sit colligere fructus, non quod possessio probetur ex eorum perceptione, quoniam forte per vim colligi possent, & tamen in isto casu, nullus dicitur probatam possessionem, ut patet. Sed adverte rursum, quod ibi dum inquit quod pro domina egit, & postea exemplum affert de exactione fructuum, videtur velle, quod exigere fructus sit pro domina agere, & sic etiam possidere.

Quod attinet verò ad l. inibus loquitur de dominio & sic multo magis probant in possessione, cum non in iudicio nisi in casu, in quo si aduertatis etiam ad l. si quis ita supra de condit. & demonstr. quae loquitur in aliis, & diversis terminis, & tantum praestat argumentum quod rationi nostrae, nam possessio animae retinetur. l. peregre supra tit. i. Sed morari cum aliquo non potest considerari nisi respectu corporis, sicut ibi patet, debet igitur a simili induci textus ille.

Secunda est conclusio quod probans se semel possidere, semper praesumitur possedisse, si istud asserit, quando agitur de suo comodo, nisi contrarium probetur, per q. siue possidetis. C. de probat. quae non mihi videtur probare, nisi in argumento, considerando quod sicur semel dominus semper praesumitur dominus manere, nisi contrarium probetur, ut ibi glossa not. ita & possessor.

Sed tamen ratio est differentiae maxima, cum possessio facilius amittatur, arguti. hofatorum in l. peregre supra tit. i. & in l. si rem mobilis ea. uti. quoniam faciat dominium. Nam ibi in secundo casu fratres donatarii possidebant, & tamen debent probare, ergo non praesumitur, & sic contra Bartol.

Ideo cogitatis an sit inducendus illa text. & intelligendus respectu possessionis defuncti patris, qui si probetur semel possedisse dum uiuebat, praesumitur retinuisse semper possessionem usque ad mortem, quod videtur velle ille tex. Videatis tamen ibi glossa, cum qua puto Bartol. adduxisse illum textum.

Istam conclusionem, quam magis communiter recipiunt scribentes hic, & in. d. l. siue possidetis ut per Balbum hio plures recensentem: & Salicetum in. d. l. siue possidetis, limitant multis modis, quos ego non recenset, propterea quod non sunt vere limitationes, si recte animadvertantur uerba Bartol. qui non temere adiecit. De suo comodo, & si asserit, ex quibus uerbis excluduntur multi casus, qui negotium faciunt, de quibus illi loquuntur. Vnam tamen silentio praeterite nequeo, quae est ut non procedat in rebus mobilibus, ita Claudius hic solum. 8. n. 4. non illos recenset, licet ipse postea non sequatur eorum opinionem absolute, & indistincte. Et mouetur quoniam illa ratio, quae est, & oritur ex continuatione animi, ut not. in. d. l. siue possidetis, non militat in rebus mobilibus, quarum possessio non ita facile retinetur animo. l. si rem mobilem supra tit. i. cum qua declaratione

transit Balbus nu. 142. qui vult, quod sit distinguendum an iste proba uerit extrema possessionis, & in isto casu præsufatur media per prædictam regulam, quæ est generalis. quod si probetur principium tantum, tunc procedat contraria opinio, quam tenet Specul. in tit. de em pti. & vend §. i. versiculo, quid si ago.

Sed aduertatis primo quod Bartol. præsupponit quod iam possidet iste, dum inquit, si asserit & sic non est locus huic considerationi, nec declarationi, quam isti tradunt, de principio, & fine. Nam iam clarum est, quod non amisit, immò retinet vt probatur ex illis verbis Bartol. qui semel possidet, & asserit & c.

Secundo vterius consideretis, quoniam etiam præsumeretur retenta vsque ad aliquod tempus, licet non ita forte longum sicut in immobili, si quando dubitatur de continuatione: tunc non retineatur ab eo possessio.

Et ratio est quoniam continuatio animi, est quidem maioris efficaciz in immobilibus, sed tamen non sequitur quod etiam aliqua non sit in mobilibus præsumptio continuationis, quod non negat. d. l. si rem mobilem. quare illa consideratio Claud. quæ fuit Speculat. vt dixi modo, tantum concludit, quod non ita longum tempus præsumatur continuata possessio in rebus mobilibus, non quod non continue tur absolute.

Subdit Barto. in extrema parte suorum comentariorum, nonnullas quæstiones, ad materiam testium deponetium pertinentes, ex quibus colligitur primo quod testis examinatus si dixerit quod quis possederit à x annis citra, non probet longam possessionem continuatam, vt requiritur per iura supra adducta.

Et ratio est quoniam ista verba a x annis citra sunt verificata si tantum vna die possederit per tex. in. l. i. §. quod autem il primo infra de acqu. quot. & est. quàm conclusionem recipit Bald. in. l. iudicia in fine. C. de rei vend. & sequuntur magis communiter scribentes, teste Balbo hic nu. 146. Sed tamen ego animaduertendum esse puto, quoniam huius modi locutio Latine loquentibus nihil significat, vt sciunt omnes etiam pueri, qui primoribus labiis latinum sermonem degustarunt, cum præpositio citra per se subsistere non possit, sed iungi debeat cum accusandi casu vt est manifestum. Nec tex. in. d. §. quod autem, facit ad

propositum nostrum quoniam ibi præpositio ista citra non ponitur. Nec etiam ad rem pertinet, quod ibi sicut verba illa hoc Anno possunt verificari in vna tantum die, ita, & hic ista, x annis, quoniam respondetur quod hic non dicitur simpliciter his x. annis, sed additur præpositio, a propter quam magna est differentia. Et sic sensus erit, quod initium possessionis fuerit iam sunt lapsi x Anni, id quod Bartolus ipse facit infra in secunda conclusione, videlicet quando addita fuerit copula et. In quo casu nulla quo ad hoc videtur differentia; Et hæc sunt

clara etiã apud grammaticos, & ideo probatione nõ indigent: Hinc inferitur quod cum significatio istorum verborum, ostendat initium possessionis; quod postea probatio illius particulæ citra, ita absolute posita debeat censerì tanquã expletiva particula, & sic nihil plus operetur, quàm si simpliciter prolata fuissent, illa verba a x annis. Et si quis diceret quod istud esset inconueniens propter superfluitatem vitandam argum. l. Si quando supra de leg. i. Respondeo; concedendo quod operetur, sed tamen non poterit operari aliud, nisi ostendere quod nõ solum initium facti possessionis. x sunt iam exacti anni, sed antea, subintelligendo scilicet tempus cui iungatur, vt seruet suã naturam, quod probatur quoque apud nostros in l. transigere in fin. C. de transactione. Præterea dico quod copulæ & debet necessariõ subaudi, & intelligi; quoniam tum punctum debeat poni ante dictionem citra, patet, quod iungitur loco & vice copulæ vt not. in rubr. supra si cer. pet. & in l. triplici infra de verb. signi.

Si igitur initium possessionis probatur, cogitate modo, an possit dici quod intelligatur postea continuatio, si possideat tunc cum testis deposuit facta usque ad illam diem, & hoc esset precipue verum, si testis dicat vidi eum possidere a x annis, quoniam de initio tantum possessionis erat questio, ex quo finis seu aliud extremum erat iam clarum; & hæc probari possunt argum. iurium hic adductorum per Bar. num. 22. in versic. Alio modo, videlicet. l. pe. C. de apoch. public. libro x. & c. Sed tamen melius faciunt notata in l. siue possidetis. C. de probat. & quæ tradit Bartol. in l. Pomponius §. si. in fin. supra tit. i. de iur. iud. lib. 2.

Quæ consideratio iuuatur per illud, quod notat Baldus in probatio. ff. in prin. nu. 2. vbi vult quod testis deponens aliquem possidere, iam sunt x anni, probet continuationem possessionis, quod non videtur discrepare à casu nostro propter præpositionem à quæ ibi non ad est; quoniam ego respondeo quod ista præpositio, a, requirere videtur saltem tunc subintelligendo vt compleatur oratio, aliam præpositionem ad ex quo patet, quod in terminis fortioribus loquimur in casu vostro, & sic quod multo magis debet probari. Nec obstat, veniens extra de prescriptionibus, quoniam ibi verbum nullum, quod ad questionem nostram pertinet, sit ostendit si res eius omnino possidet. Minus etiam facit, quod de probatio, quoniam aduertendum est propterea quod ibi non constituitur differentia: per appositionem copulæ, & respectu continuationis possessionis, vt scilicet quando si præpositio continuationem inducat, secus si posita non sit. Immo et de considerantibus nulla est differentia, & si aliqua sit constituta in initio probando, non quod continuationem magis inducat, id quod esset absurdum. Considerando naturam copulæ. Et quidem non satis mirari possum, quare istud omnes hic concedant, cum vis erus: & ipsa copulæ non possit illo modo operari nisi respectu initij, vult ergo ille

ff. de vsucapionib.

ille text. in. d. c. licet causam quod testis ita deponens a x annis & citra, inducat probationem inchoatam etiam ante x annos, & de ea in choatione loquitur, non de continuatione possessionis. Patet igitur quod nulla est differentia siue apponatur copula & siue non apponatur, respectu continuatæ possessionis probandæ: Quæ tamen dicta à me volo gratia disputandi, quoniam magna est autoritas istorum, qui ita tenuerunt à quorum sententia temere non est recedendum præcipue in iudicando, vt not. Bartol. & Alexā. in. l. cum prolatis infra de re iudic. & in. c. i. tradit Abb. Panormitanus eod. titul. de re. iudic.

Secunda conclusio quando apponitur copula. & est expedita. Tertia est quod quando diceret possedit his x. annis, non probat, quæ vera est per. d. §. quod autem, & nihil est addendum.

Quarta quod inquiring possedit iam x. anni sunt, non concludit necessarium, quod tunc possideat, sed per consequentiam seu præsumptiue tantum. allegante. n. eo istam possessionem præsumitur continuata per ea, quæ dixit supra Bartol. in versiculo. Sed secundum nostros, vbi declaratum fuit. Et in hoc magis communiter scribentes sequuntur Bartol. Baldus tamen in. l. iudicia. C. de rei vendic. affirmat quod non concludit iste testis ita deponens: Cuius contrarium dixit in prohemio. ff. vt modo retuli supra in prima conclusione. Sed conciliari forte potest ista contrarietas, distinguendo an de necessitate vel de præsumptione loquamur, vt hic per Bartolum, & videnda sunt quæ hic tradit Lud. Romanus ad quem vos reiicio breuitatis causa.

173 Quinta est conclusio quod deponens aliquem possedisse per tot annos finge x. proxime lapsos, non probaret perfectam & integram præscriptionem, si ista depositio esset facta post litem contestatam. Ratio est quoniam tempus finitum intelligeretur à die redditi testimonii, & sic includebatur etiam illud tempus post iudicium acceptum seu litem contestatam, quæ contestatio litis cum interrumpat præscriptionem. l. more. C. de rei vendic. patet quod non remaneret integrum decennium possessionis, & ad hanc nihil est addendum. Aduertendum tamen est quod Bartol. non probat quomodo verum sit quod tempus magis finitum intelligeretur à die redditi testimonii, quam a die litis motæ seu porrectionis libelli, ad quod tempus videretur retrahendum dictum testis argumento eorum, quæ traduntur in. l. edita. C. de edendo in commendatione libelli. Sed responderi potest, quod proprietates verborum istud declarat dicendo scilicet proxime. l. proximus cum ibi not. infra de verbor. signific. & quod probationes admittuntur vsque ad conclusionem in causam, quæ fit, quando renunciat, à partibus probationibus, vt Felipus

eleganter & copiose docet in c. cum dilectus de fide instrument. & gloss. in l. si rem §. quolibet tempore supra de euidion.

Denique aduertatis quod Bartol. loquitur in reo conuento possidente, quod est etiam hic maximi momenti, quoniam callide posset probationem producere, & differre donec tempus laberetur ad præscriptionem requisitum.

Declaretis modo, & intelligatis istam conclusionem procedere in rebus immobilibus, quartum præscriptio utique interruptitur per litis cōtestationem. d. l. more. C. de rei vendic. Secus mobilium quæ non ita inhibetur. l. post acceptum supra de rei vendicat, & est communis opinio vt Oldendorp. in suo tractatu de vsucapion. in quinta colum.

174 Et ita loquitur, & intelligendus est Bartol. dum inquit x. annos. Rationem tamen differentię puto esse, quicquid alii dicant in l. naturaliter supra eod. quoniam cum difficilius conficiatur & procedat vsucapio rerum mobilium vt traditur in §. furtiux Institut. eod. titul. credo quod iura voluerint, quod difficilius etiam interruptetur argum. l. cum qui. supra de iureiuran.

- Sexta est quod si addita sit dictio vltra, quæ à teste proferatur, nihil tamen plus operabitur eius depositio.

175 Ratio est, quoniam est incerta. l. cum furti supra de in lit. iurand. ergo nihil operatur, quoniam dubia probatio non releuat. c. in præsentia extra de probatiō cum similibus.

Quæ conclusio teste Balbo hic numer. 151. est communiter recepta, ipse autem pluribus modis eam declarat, qui cum non respiciant materiam præscriptionis vt apparet, ideo à me consulto prætermittuntur.

176 Aduertenda tamen nonnulla vobis esse existimo, primo quod text. i. l. cum furti non probat quod dictio plus incertitudinem significet non considerandam, immo contrarium, quoniam intelligendo vt ibi facit Bartol. non loquitur respectu pretii augendi, sed periurij vitandi, ergo nil mirum si ibi nõ sit necesse, quod addatur, & eo pluris, sicut esset si de pretio augendo ageretur, in quo casu ibi immo operaretur sine dubio illa adiectio summeudo argumentum a contrario sensu, seu à cessante ratione. l. adigere §. quamuis de iure. patrona. l. i. supra de offic. eius, & ratio differentię in vtroque casu, est perspicua. Igitur sicut in dictio plus aliquid operaretur extra illos terminos, ita & hic. Credo tamen eos qui dicunt istud debere de clarari habitâ ratione subiectæ materiæ, per iudicis officium, docte loqui, & optime intelligere. Nam ista incertitudo non est ita vasta, vt non possit effici clara ex adiunctis circumstantiis cuius declaratio proprie ad iudicem pertinere solet vt not. in l. quod dicitur in

fra de solutio, & per Bartol. in l. ita stipulatus colum. 15. nu. 35. infra de verb. oblig. & optimus tex. in l. 3. supra de testibus. Et cū possessio non possit probari de momento ad momentum argu. l. Siquis ita, supra de condit. & demost. forte non esset inconueniens, quod in aliquibus casibus, ista dictio plus significaret aliquod iustum spatium temporis, puta quando esset res subiecta huiusmodi naturæ, vt probari non posset eius possessio, nisi per actum, qui tantum semel in anno explicaretur, videlicet colligendo fructus, prout exemplum afferri potest de locis quibusdā desertis, ad quæ homines tantum accedant gratia colligendorum fructuū, vt forte sunt in Galliam quæ dicitur Prouincia Malsiliam iuxta; in quæ aduentate Aestate color coccineus, quem patrio sermone lacam vocare solemus, & vt accipi sponte, è terra surgit. Nam certe in casu isto addictio illa plus multum operaretur propter subiectam materiam argum. l. infulam supra de præsc. verbis. Et hæc gratia disputandi dicta accipiat; quoniam opinio Bartol. tanquam cautior est magis cōmuniter recepta. vt Balbus hic notat.

177 Septima est conclusio quod deponentes aliquem possedisse, per 10 annos; non declarando quò tempore inchoatos & finitos) non perfecte probant præscriptionem. Prima est ratio, quoniam est antiquum de quo tempore senserit, & posset contingere quod de x. annis ex longo intervallo præteritis, non autem de proximis intelligerent. Secunda quod vnus testis de aliquibus x. annis, alius de aliis sentiret, & sic esset probatio dubia, quæ probantem non iuaret. d. c. in præsentia, & l. inter stipulantem §. i. infra de verb. oblig. l. neque natales. C. de probat. Hanc quoque Balbus hic penult. colum. dicit cōmunem nu. 159. ubi plures recenset ita tenentes.

Cumenis tamen contrariam opinionem putauit veriore, per text. in l. eum qui Calendis infra de verbor. obligat. & id. quod vult Baldus in l. iudicia in fin. C. de rei vendic. Romanus autem istas opiniones conatur conciliare ita distinguendo. Aut testis dicit ita, vidi possidere per x. annos, interrogatus super capitulis partis continentibus certum tempus.

Et tunc procedat opinio Baldi, & Cumenis per. d. l. eum qui. Ratio est, quoniam responsio, seu depositio debet intelligi, & referri ad contenta in interrogatione, ad quam præsumitur facta responsio. l. si defensor §. qui interrogatus & ibi Bartol. supra de interrog.

loquitur quando nullum esset tempus expressum in articulo, sicut hic etiam intelligit Bartolus, & in casu, quo esset expressum non esse tunc in terminis conclusionis Bartol. ut patet.

- 178 Quare omissis cæteris, quæ ad satietatem cumulat Balbus, Dicitis, quod disputando potest teneri sententia contra Bartol. licet eius opinio sit tutior & cautior. \* Namque si in stipulatione, in qua verba ambigua contra stipulantem intelliguntur. l. quicquid ad stringendam intra de verbor. oblig. tempus accipitur ita, ut. d. l. eum qui, ergo multo magis in depositione testium est istud dicendum, ut ad proximum referendum sit, & probatur ista consequentia, quoniam in stipulatione, quicquid expressum non est, habetur pro omissis, & debet imputari stipulatori, qui largius poterat concipere verba, ut in. d. l. quicquid traditur, & not. & tamen fit ea interpretatio, ergo multo magis in testibus quorum dicta non ita stricte, & rigorose accipiuntur, immo aliquando à proprietate verborum receditur, ut per Bartol. in. l. i. supra. solut. matr. iuanda. n. dicta testium sunt, non cauillanda, ut per Dec. in conf. 100. col. 1. nu. 2. Illud etiam silentio prætere nolo, circa hanc conclusionem, quoniam, si recte advertatur, vix aliquis dabitur casus in quo locus sit huic dubitationi ita, ut non possimus aliquo modo propter circumstantias perspicere intentionem testium, quoniam. d. l. eum qui Caleodis, loquitur, quando penitus sumus in dubio, & colligi poterit propter ætatem testium, qui ita erunt forte iuvenes, ut de proximis xx. annis sit eorum dictum intelligendum quod tamen arbitrio iudicis erit reservandum, ut supra dixi: Denique advertatis, quod ista conclusio procedit in actore, secus in reo, ut prudenter Bartol. inquit. Namque si reus possidendo, tunc nulla esset dubitatio, quod tempus proxime lapsum intelligeretur probatum a testibus.

- 180 : Ultima est conclusio, quod sufficit \* testes deponentes dicere per x. annos, nec requiritur quod adiciant continuos, quoniam istud præsumitur, per. l. verba. §. per noctem infra de verb. sign. Cui nihil esse addendum puto. Habetis igitur absoluta ea, quæ ab initio mihi proposui per tractare in hisce comentariis.
- 181 Nam aliud quoddam nonnulli requirunt in usufructu videlicet quod res vitiosa non sit, ut Cristoph. Portius in Rubr. Instit. eod. tit. quem plures ibi sequuntur, non est necessarium, cum in rebus huiusmodi admitti præscriptio non possit, ut patet etiam sensisse Bartol. hic dum silentio præterit istud: quod certò non fecisset cum sibi proposuerit omnia, quæ in usufructu ne requiruntur examinare.

Finis Laus deo.



Errata ita corrigi debent.

Pagina 5. versic. 28. legens leges. 6. 13. copiant, cupiunt. 7. 3. & aut, aut. eadem 37. iuris viris. eadem proponerem, proponere. 11. numero 69. nona, noua. eadem. 102 qui, quomodo. eadem. 113. pro tempore, pro emptore. eadem. 118. Iniustus, iniustus, 14. 171. acqu, aqua. eadem. 172. Intellectus, intellectum. 19. 10. darum, durum. eadem. eodem. induta. induta. 21. 20. locupletionem, locupletiore. 31. 64. Iust. Instit. 32. 69. oxibus, ossibus. eadem. 77. concludendum, concludendum. 38. 93. putatuius, putatiuus. 41. 106. scit sunt. 46. 118. quid, quod. 58. 137. limitariit, limitant. 60. 144. procedit. præcedit. 71. 169. præsumatur, præsumantur. 74. 173; quartum quarum.



REGISTRVM

A B C D E F G H I K.

Omnes sunt duerniones.

Errata ita corrigi debent

Pagina 7. vers. 18. lectione. G. 13. exponitur. 7. 13.  
 aut. aut. cadem. 17. ius. eadem. proponitur. proponitur.  
 11. numero. G. 10. nos. eadem. 102. qui. quomodo. eadem.  
 113. pro. tempore. pro. tempore. eadem. 118. lani. lani. 1. 171.  
 ad. ad. eadem. 1. 27. in. in. eadem. 1. 10. datur. du-  
 rum. eadem.  
 10. eadem. 1. 6.  
 11. eadem. 1. 18.  
 12. eadem. 1. 18.  
 13. eadem. 1. 18.  
 14. eadem. 1. 18.  
 15. eadem. 1. 18.  
 16. eadem. 1. 18.  
 17. eadem. 1. 18.  
 18. eadem. 1. 18.  
 19. eadem. 1. 18.  
 20. eadem. 1. 18.  
 21. eadem. 1. 18.  
 22. eadem. 1. 18.  
 23. eadem. 1. 18.  
 24. eadem. 1. 18.  
 25. eadem. 1. 18.  
 26. eadem. 1. 18.  
 27. eadem. 1. 18.  
 28. eadem. 1. 18.  
 29. eadem. 1. 18.  
 30. eadem. 1. 18.  
 31. eadem. 1. 18.  
 32. eadem. 1. 18.  
 33. eadem. 1. 18.  
 34. eadem. 1. 18.  
 35. eadem. 1. 18.  
 36. eadem. 1. 18.  
 37. eadem. 1. 18.  
 38. eadem. 1. 18.  
 39. eadem. 1. 18.  
 40. eadem. 1. 18.  
 41. eadem. 1. 18.  
 42. eadem. 1. 18.  
 43. eadem. 1. 18.  
 44. eadem. 1. 18.  
 45. eadem. 1. 18.  
 46. eadem. 1. 18.  
 47. eadem. 1. 18.  
 48. eadem. 1. 18.  
 49. eadem. 1. 18.  
 50. eadem. 1. 18.  
 51. eadem. 1. 18.  
 52. eadem. 1. 18.  
 53. eadem. 1. 18.  
 54. eadem. 1. 18.  
 55. eadem. 1. 18.  
 56. eadem. 1. 18.  
 57. eadem. 1. 18.  
 58. eadem. 1. 18.  
 59. eadem. 1. 18.  
 60. eadem. 1. 18.  
 61. eadem. 1. 18.  
 62. eadem. 1. 18.  
 63. eadem. 1. 18.  
 64. eadem. 1. 18.  
 65. eadem. 1. 18.  
 66. eadem. 1. 18.  
 67. eadem. 1. 18.  
 68. eadem. 1. 18.  
 69. eadem. 1. 18.  
 70. eadem. 1. 18.  
 71. eadem. 1. 18.  
 72. eadem. 1. 18.  
 73. eadem. 1. 18.  
 74. eadem. 1. 18.  
 75. eadem. 1. 18.  
 76. eadem. 1. 18.  
 77. eadem. 1. 18.  
 78. eadem. 1. 18.  
 79. eadem. 1. 18.  
 80. eadem. 1. 18.  
 81. eadem. 1. 18.  
 82. eadem. 1. 18.  
 83. eadem. 1. 18.  
 84. eadem. 1. 18.  
 85. eadem. 1. 18.  
 86. eadem. 1. 18.  
 87. eadem. 1. 18.  
 88. eadem. 1. 18.  
 89. eadem. 1. 18.  
 90. eadem. 1. 18.  
 91. eadem. 1. 18.  
 92. eadem. 1. 18.  
 93. eadem. 1. 18.  
 94. eadem. 1. 18.  
 95. eadem. 1. 18.  
 96. eadem. 1. 18.  
 97. eadem. 1. 18.  
 98. eadem. 1. 18.  
 99. eadem. 1. 18.  
 100. eadem. 1. 18.



Omnes sunt quoniam

